

quæstionis, ad istos, qui verè religiosi non sunt trahi non debent. Verum de hac resolutione, non immerito soleo dubitare, & dubitat Garcia eodè cap. 4. n. 22. & contrarium resoluit p. 7. cap. 10. n. 9. vbi n. 32. versic. secundo, refert declarationem eiusdem congregationis Cardinalium voto Pamphilij prædicto contrariam; dubitandi ratio ex prædictis fortius deducitur, quia, etsi dicamus hos milites vere religiosos non esse, negari tamen non potest vere esse regulares, & certæ regulæ ab Ecclesia approbatæ inferuire; ac subinde inter personas ecclesiasticas connumerari, vt probat d. cap. Cum, & plantare; textus autem in d. cap. Cum de beneficio, cum similibus non solum prohibet Religiosos ad secularia beneficia promoueri, sed quæ secularia beneficia regularibus non dantur. Neque huiusmodi prohibitio fundamentum habet, in eo, quod sint incapaces proprietatis, sed in ipsa natura, & institutione beneficiorum, quæ repugnat, vt ad ea assumantur homines disparis professionis, vt patet in clericis secularibus, qui proprietatis omnino capaces sunt, & tamen ad regularia assumendos non esse, eisdem iuribus constitutum est. Sed declarationibus congregationum Cardinalium, oportet acquiescere in consulendo, & iudicando ex ijs, quæ per earum auctoritatē late adducit Garcia in præfatione tomi primi de beneficijs. Sed adhuc deliberandum manet, vtrum declarationes procedant in Militibus armorum exercitio deputatis, vt loquitur declaratio à Farinacio adducta, ibi, *Milites regulares militiae sancti Iacobi de Spata*, alijque huiusmodi, non ita in clericis eiusdem

militiæ choro deputatis, qui collegialiter viuunt, & vere religiosos esse resoluius præcitatis locis; sed & in istis declarationem procedere voluit Azor proximè citatus, & euincit ratio prædicta, si vera est, quod in voto paupertatis, etiam isti dispensati reperiuntur.

## §. VII.

*De Commendis beneficiorum secularium.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Opinio quæ assertit propriè beneficiarios non esse commendas obtinentes, refertur.*
- 2 *Verbum commendare in iure quid importet?*
- 3 *An aliquis possit duo curata insimul obtinere, vnum in titulum, alterum in commendam?*
- 4 *Commendas verum beneficij titulum conferre existimant plures.*
- 5 *Commendatorios constitui posse sedis Apostolica delegatos tenent aliqui.*
- 6 *Concordantur supradiçta sententia.*
- 7 *Quæ dicantur commenda perpetua?*
- 8 *Quæ temporales?*
- 9 *Quomodo habens vnam parochiam in titulum possit aliam habere in Commendam.*
- 10 *Temporalis commenda fieri potest ab ordinario, perpetua verò à solo Romano Pontifice.*



Irca Commendas secularium beneficiorum hoc successiue loco agere libuit; de quibus Doctores etiam cōtrovertunt, vtrum vere sint beneficia ecclesiastica? Et partem negatiuam, quod propriè beneficiarij non sint eas

Garcia.

Garc.

Farinac.

I.



eas obtinentes suadere videntur varia iuris quidem nostri testimonia, in quibus titulus beneficij ponitur tanquam diuersus à Commenda, seu magis velut terminus Commendæ oppositus, vt patet ex text. in cap. *Qui plures. 21. q. 1. ibi, Vnam quidem intitulatam, aliam verò sub Commenda, & in cap. Dudum. 54. in fine, de electione, ibi, Vnam intitulatam, alteram commendatam, cum multis similibus, quæ latè adducit Hoyeda de incompatibilitate, 2. p. cap. 4. à n. 2. & quia secundum verbi proprietatem cōmendare nihil aliud est, quàm deponere, vt ait text. in l. *Commendare*, ff. de verbor. significatione, & in l. *Lucius*, ff. de depositi, & ideò eum, cui Ecclesia commendatur, procuratorem vocat text. in cap. *Cū nobis. 19. in fine de electione, quasi tantum sit custos, & administrator rerum Ecclesiæ, non proprio, sed alieno nomine, & consequenter minimè titulum beneficij habere dicitur in citatis iuribus. Ex quibus ita hanc partem negatiuam tenet Glossa in d. cap. *Qui plures*, Glossa verb. *Commendare*, in cap. *Nemo. 15. de elect. in 6. Glossa in cap. *Si constituerit*, per textum ibi de accusationibus, notant Rebuffus in praxi, titulo de Commenda à n. 2. & plures ex antiquioribus, & recentioribus, quos referunt Hoyeda 1. p. c. 14. in 6. Quintanaduen. lib. 4. n. 124. Gomez, Mandosius, & Nauar. vt per Gonsales d. glossa. 5. §. 8. n. 37. Antonius Fabricius tit. de beneficijs in titulum, & commendam à n. 4. Aluisius Rictius collectaneo 927. apud Italos, hanc esse traditionem communi cōsensu receptam profiteretur Azor d. 2. tom. lib. 6. cap. 31. q. 5. Eandem sequitur Pater Soares d. lib. 4. de simonia,***

*C. Qui plures. 21. q. 1.*  
*C. Dudum de lect.*  
 Hoyed.  
 2.  
 L. *Commendare*, ff. de verbor. significatione, & in l. *Lucius*, ff. de depositi, & verb. sign.  
 L. *Lucius*, ff. de depositi.  
 C. *Cū nobis de ele.*  
 Gloss. d. c. *qui plures.*  
 C. *cap. Si constituerit de accusat.*  
 Gloss. cap. *Nemo, de elect.*  
 Rebuf.  
 Hoyed.  
 Quintan.  
 Gom.  
 Mandoz.  
 Nauar.  
 Gonsal.  
 Fabric.  
 Rict.  
 Azor.  
 Soar.

cap. 27. n. 2. hinc inferentes rationē, quare quis possit duo curata in simul obtinere, vnum in titulum, alterum in commendam, iuxta d. cap. *Qui plures*, cum similibus, quia scilicet commenda non præstat verum titulum beneficij.

Verum contrariam partem affirmatiuam, quod Commendæ verum beneficij titulum conferant, tenent Ioannes Monachus in d. cap. *Nemo*, Archidiacon. Federic. Miles. & alij, quos referunt de communi attestantes, & multis rationibus confirman-  
 tes Hoyeda d. cap. 14. n. 136. versicul. *Et quamuis*, & post Cassador. Salzedū ad Bernard. in practica, cap. 50. litera A. & hanc esse communem Gallorum approbatam consensu, testatur Azor proximè citatus; indeque Commendatarium nihil à beneficiario differre, latè ad varios effectus discurrens prosequitur Gonsales dicto §. 8. à n. 3. & ideò iura omnia, quæ de beneficijs loquuntur procedere etiam in Commendis; ex Pròbo, Corrasio, Gonsales, & alijs, resoluit Garcia de beneficijs 4. p. cap. 14. à n. 48. hinc obseruantes Commendatarios, tanquàm verè beneficiarios constitui posse sedis Apostolicæ delegatos, iuxta regulam text. in d. cap. *Statum*, de Rescriptis, in 6. vt post Cassaneum obseruat Fabricius, vbi proximè n. 17. & post Gom. Gonsal. n. 10.

Sed ex dictis facilè has contrarias, & communes Doctorum sententias poteris ad concordiam reducere distinguendo, varias commendæ species, quas explicant præcitati, præcipuè Hoyeda citatis locis, & ad duo capita præcipua ad nostrum propositum rediguntur; vel enim temporales sunt,

3.

4.

Monach.  
 Archid.  
 Federic.

Hoyed.  
 Cassador.  
 Salzed.

Azor.

Gonsal.

Prob.

Corrat.

Gonsal.

Grac.

5.

Cassan.

Fabric.

Gom.

Gonsal.

6.

Hoyed.



7. sunt, vel perpetuæ, temporales, quæ ad tempus fiunt, veluti ad sex menses, iuxta præscriptum textum in cap. *Nemo*, aut dum Commendatarius legitimam ætatem non habet ad dignitatem commendatam obtinendam in titulum, & has sine dubio beneficia ecclesiastica non esse merito, ex communi affirmat Hoyeda d. cap. 14. n. 7. versic. videmus, licet Garca d. c. 4. n. 43. falso illo insistens fundamento, quod ad essentiam beneficij non requiritur, quod sit perpetuum; contradicat; conuincitur enim, quia manifestè probauimus inter substantia- lia beneficij, illud in primis esse necessarium, quod sit ius perpetuum, & consequenter in his bene procedit sententia glossarum primo loco relata; perpetuæ sunt, quæ ad vitam obtinentis conceduntur, veluti quando fit in fauorem personæ habentis dignitatem, & simile beneficium incompatible, vt vberiores habeat fructus, vel etiam quando monasteria regularia clericis sæcularibus commendantur, vt vero titulo apud alios remanente Commendatarius spiritualium, & temporalium perpetuam habeat administrationem, atque in pluribus alijs exēplis, quæ refert Hoyeda d. cap. 14. nu. 5. His igitur casibus, commendam verum esse beneficium fateri oportet, iuxta posteriorem communem sententiam.

9. Ad illam verò rationem in contrarium, quod habens vnā parochiam in titulum, potest aliam habere in commendam, quia commenda nō est verus titulus beneficij. Respondetur rectè procedere hanc rationem in commendam temporali, quam iure communi Ordinario facere permit-

A titur in vtilitatem Ecclesiæ, iuxta d. cap. *Nemo*, non verò in commenda perpetua, quam Ordinarius facere non potest, sed solum Romanus Pontifex, & ideò à Doctoribus, paliata quædam dispensatio solet appellari; atque ideò etiam in his commendis perpetuis procedere regulam text. in dict. cap. *de multa*, tam principali decisione, quam in fine, vbi de Romani Pontificis dispensatione agit, & ad nostrum propositum probat text. in d. cap. *Nemo*, vbi solum ad sex menses promittuntur Commendæ iure communi Ordinarijs, & ad hos terminos reducenda sunt iura, quæ de cōmendis faciunt mentionē, vt scilicet procedant respectū Ordinariorum in ijs, quæ fiunt ad tempus, vt notant Rebuffus n. 4. vbi suprā cum sequentibus multa incommoda Commendarum temporalium recensens, & post Cardinalem, Alex. Nauarrus in Man. c. 25. n. 126. Hoyeda d. 2. p. c. 4. n. 12. & 18. Gonfales d. §. 8. n. 6. Azor 2. p. lib. 6. cap. 11. q. 11. Neque audiendus est Garcia d. 4. p. ex n. 13. cum sequentibus, dum resoluit alia beneficia non curata in perpetuum posse Episcopos cōmendare ad Ecclesiarum vtilitatem, auctoritate text. in dicto cap. *Qui plures*, & d. cap. *Dudum*, non enim videtur Garcia legisse textum in citato cap. *Dudum*, ad finem, vbi expresse loquitur de duabus parochialibus; vna in titulum; altera in commendam; neque etiam quidquam probat text. quem ad idem allegat Paulus Piafessius in praxi 2. p. cap. 5. n. 24. in d. cap. *Si constiterit*, de accusationib. legenti enim apparebit magis contrarium probare; atque ideò melius intelliges temporalem commendam fieri

C. de multa.

C. Nemo.

Rebus.

Cardin. Alex.

Nauar. Hoyeda.

Gonfal. Azor.

Garc.

Piafessius



10.

Rebuf.  
Nauar.  
Hoyed.

fieri posse ab Ordinariis, quia ut Doctores communiter aduertunt fit in Ecclesiae utilitatem; perpetuae vero tam incuratis, quam in aliis residentiam requirentibus à solo Romano Pontifice concedi posse, ut melius resoluunt Rebuf. Nauar. Hoyeda, & alii praecitati, & consequenter impertinenter Doctores recurrunt in hac quaestione de pluribus commendis, vel una in titulum, & altera in commendam, ad rationem illam, quod beneficium sit ecclesiasticum, non autem ipsa commenda. Sicut etiam eadem ratio non facit ad materiam simoniae; semper enim si commenda pretio fiat, siue in perpetuum, siue ad tempus, simonia erit, quia in utraque inuoluitur aliquid spiritualitatis, ut in temporalibus, in qua datur administratio spiritualium, & temporalium, per se manifestum est, & facile admittunt communiter scribes. In perpetua autem licet videantur redditus dari in proprietatem, ut commendatarius in suos usus conuertat titulo spirituali, apud alium permanente, & ideo maior videatur dubitandi ratio, diligenter tamen id ipsum comprobatur, & explicat Pater Soares dicto lib. 4. de simonia, cap. 27. à n. 3. Plures alios effectus, & quaestiones pendentes ex hac inspectione, utrum beneficia ad tempus, vel in perpetuum commendentur? Vide per Rebuf. Hoyed. Gonsal. Garciam, Riçtium, Fabricium, & Azorium cap. 31. praecitati locis, & adde quae late scribit Paulus Fuscus de Visitatione libr. 2. cap. 9. per totum, Cardin. Tuscus tom. 1. litera C. conclusionem 473. cum sequentibus, & tomo 3. litera E. conclus. 270. Flamin. Paris. de Resignatione lib. 2. quest. 17.

Soar.

Rebuf.  
Hoyed.  
Gonsal.  
Garc.  
Riçlius.  
Fabric.  
Azor.  
Fuscus.  
Tusc.  
Flamin.

per totum, &amp; lib. 3. q. 1. n. 111. &amp; q. 6.

A à num. 45. *De Vicarijs perpetuis.*

S. VIII.

*De Vicarijs perpetuis.*

SUMMARIUM.

- 1 Vicaria perpetua vere & proprie beneficium ecclesiasticum est, minime temporalis.
- 2 Vicarijs perpetuis, tanquam vera beneficia, posse renunciari, comprobant Doctores.
- B 3 Vicaria perpetuae cadunt in reservatione mensium.
- 4 Ad titulum eorum potest aliquis ad sacros ordines promoueri.
- 5 Paena cap. de multa de praeb. procedit etiam in Vicaria perpetua.
- 6 Ita paena cap. Licet canon. de elect. in 6. & cap. Cum in cunctis, de elect.
- 7 In quibus casibus Vicarius perpetuus & temporalis constitui possit?

**R**ost materiam Commendarum hoc deinde loco subsequenti materiam (de perpetuis Vicarijs) duximus collocare; eas autem vere, & proprie esse beneficia ecclesiastica communiter Doctores merito resoluunt; non ita si temporales fuerint, veluti ad nutum remouibiles. Probatur distinctio, quoad utrumque membrum, quia perpetuis vere, & proprie conuenit tota ecclesiastici beneficii definitio, quod sit ius perpetuum percipiendi redditus ecclesiasticos propter officium spirituale; non temporalibus, vel iis, quae ad nutum remouibiles sunt, siquidem supponimus deficere particulam illam, ius perpetuum, atque ideo hanc distinctionem probat expresse text. in cap.



C. *Postulasti, de rescriptis.*  
*Glos. c. 1. de offi. vic.*  
*Rebuf.*  
*Hoyed.*  
*Gonsal.*  
*Salzedo.*  
*Garc.*  
*Azor.*  
*Fabric.*  
*Glos. cap. Ad hac, de offi. vic.*  
 2.  
*Flamin.*  
 3.  
*Gonsal.*  
 4.  
 5.  
*Cap. Licet canon, de elect. in 6.*  
 6.  
*Cap. Cum in cunctis, de elect.*  
*Clem. unica de offi. vicar.*  
 cap. *Postulasti.* 27. versic. *Non enim*, de rescriptis, notat Glossa. 1. quam ibi sequuntur Doctores cōmuniter in c. 1. de officio Vicarij, & per text. ibi in Clemētina. 1. eodem tit. notant scribentes omnes, teste Rebuffo in praxi, tit. de Vicar. perpetuis, n. 15. Hoyeda de incompatibil. 1. p. c. 15. n. 11. Gōsal. d. gloss. 5. §. 3. n. 20. iūcto n. 35. Salzedo ad Bernard. in practica, c. 17. n. 8. Garcia 1. p. c. 2. n. 93. Azor d. 2. p. lib. 3. c. 6. q. 6. Fabric. tit. de officijs, & administrationib. ex n. 39. merito reprobantes doctrinam Glossæ, verbo *Remouere*, in cap. *Ad hac*, de officio Vicarij, quæ simpliciter asseuerat Vicarios non habere verum titulū beneficij; sed per contrarium annotātes iura omnia, quæ de beneficijs, vel de beneficiarijs loquuntur ad perpetuas vicarias esse extendēda; ideòq; tanquā vera beneficia posse renunciari, cōprobat Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. ex n. 112. & eadē ratione cadere perpetuas vicarias in reservationē mensium, Gonsal. à n. 19: ad titulum earū posse ad sacros ordines promoueri, non ita si temporales fuerint; Salzed. proximè citatus; & pœnam dicti cap. *de multa*, de præbend. quod priuatus sit ipso iure obtinens parochiale, aliā similem recipiens, procedere etiā in perpetuijs Vicarijs, sicut etiā pœnam *capitis Licet canon*, de electione in 6. contra obtinentes parochialem, si intra annum ad sacros ordines nō promoueantur, vel si legitimam viginti quinque annorum ætatē non habuerint, iuxta text. in cap. *Cum in cunctis*, §. *Inferiora*, de electione, quod in huiusmodi perpetuis Vicarijs procedāt, decidit text. in d. *Clementina unica*, de officio Vicarij, de cuius materia vide

A per supracitados; atque etiā casus, in quibus vicarius perpetuus, vel tēporalis potest cōstitui, præcipuè cū Rebuf. & Hoyeda, & quæ notāt Doctores ad cap. *Cum & plātare*, de priuileg. Vnū pro breui cognitione terminorū aduerte, vicarios perpetuos duobus potissimū casibus in vsu esse, veluti quādo vna Ecclesia parochialis alteri vnita legitimè reperitur, cū enim rector nequeat in vtraque per se ipsum residere, merito receptū fuit, vt in vna scilicet principali per se ipsum, in altera per idoneum Vicariū possit deseruire, vt decidit text. in c. *Extirpanda*, §. *Qui verò*, de præb. & in cap. 1. de Capellis monach. in 6. latè Rebuf. n. 1. Hoyed. 2. proximè citatis locis; vel etiā quādo Ecclesia vnita reperitur monasterio monachorū, aut monialium, quoad titulum, & temporale regimen; oportet enim Vicariū perpetuū cōstituere, qui sacramentorū, & spiritualium habeat administrationem, iuxta d. cap. 1. & latè explicat Flores de Mena variarum quæstionū lib. 1. c. 10. à n. 8. iuncto n. 16. Inde q; obseruauimus addictam Clement. 1. non esse inconueniens hoc casu fate-ri duos esse beneficiarios, respectu eiusdem Ecclesiæ, alterum rectorem ipsum principalem, respectu suæ prælaturæ, seu rectoriæ, alterum Vicariū perpetuum, respectu vicariæ, iuxta suprā positam resolutionem.

7.  
*Rebuf.*  
*Hoyed.*

*Flores de Mena.*

§. IX.

De Coadiutorijs perpetuis.

SUMMARIUM.

1. Coadiutorias non esse verè, & propriè beneficia ecclesiastica tenēt plures.

Nu 2 An



- 2 An teneatur coadiutor præcise reside-  
re, seu causatiuè?
- 3 An per obitum coadiutoris dicatur  
beneficium vacare?
- 4 Vtrum coadiutor teneatur ad horas  
Canonicas recitandas?
- 5 An possit coadiutor ad titulum coad-  
iutoria ordinari?
- 6 Vtrum coadiutor gaudeat priuilegijs  
veri beneficij, seu canonici, & quare  
in Capitulo sedeat ultimus?
- 7 An hac omnia procedant solum in co-  
adiutoria temporali?
- 8 An teneatur coadiutor habitum, &  
tonsuram clericalem deferre, & gau-  
deat priuilegio fori?
- 9 Vtrum gaudeat regula de triennali  
possessore?
- 10 Coadiutor nõ alieno nomine coadiuti,  
sed suo proprio dicitur Ecclesie inservire.
- 11 Principali coadiuto excommunicato, quo  
modo coadiutor inservire possit.
- 12 Non tenetur coadiutor exire de capi-  
tulo, in quo agitur de negotio, vel re  
ad coadiuētum pertinente.
- 13 Coadiutus, & coadiutor possunt simul  
in habitu canonicali interesse in pro-  
cessionibus, & missis solemnjs.

I.

**R**efata materia absoluta, quæ  
stionem circa coadiutorias  
tractãdam suscepimus; quas  
secundum vsus hodiernũ,  
raro in parochialibus, frequenter in  
Canonicatibus dari à Summo Põti-  
fice vidimus; de quibus non otiose,  
sed ad varias, & vtilissimas quæstio-  
nes Doctores nostri solent dubitare;  
vtrum verè, & propriè sint beneficia?  
Partem negatiuã constanter tuentur  
ex Abbate in cap. de Rectoribus, de cle-  
rico ægrot. Azor d. 2. p. lib. 3. c. 2. q. 4.  
& ex Petro Greg. rei beneficiariæ, c.  
Vasconcel. 11. n. 2. & Gonsal. Mendes de Vascõ-

Abb.

Azor.

Pet. Greg.

Vasconcel.

cellos diuersorum argumentorũ lib.  
A 4. c. 1. n. 8. Gonsal. d. glossa. 5. §. 9. à  
principio, & omnino n. 40. & 64. cum  
sequentibus, Garcia 4. p. de benefic.  
c. 5. à n. 122. Ant. Fabric. d. tit. de offi-  
cijs, & administrationib. n. 20. cũ se-  
quẽtib. cuius receptissimẽ traditionis  
eã afferunt rationẽ; quod coadiutus  
verè retinet titulũ beneficij; neq; duo  
illius dominium possunt insimul reti-  
nere, & consequẽter non tenetur co-  
adiutor præcise, residere, sed causati-  
uè, vt scilicet, si non resideat fructus  
nõ lucretur, sed coadiutor satisfacere  
teneatur; nec subindè per obitũ co-  
adiutoris, dicitur beneficium vacare.  
Hinc etiã non teneri coadiutorẽ ra-  
tione coadiutoria, si sacros ordines,  
vel aliud beneficiũ non obtineat, ad  
horas Canonicas recitandas, resoluit  
Nauarrus de Orat. c. 20. n. 18. Azor  
tom. 1. lib. 10. c. 4. q. 1. Garcia p. 3. c. 1.  
à nu. 107. latissimè P. Soar. de Relig.  
tomo 2. de horis Canonicis lib. 4. c.  
22. à n. 18. Non potest coadiutor ad  
titulũ coadiutoria ordinari, iuxta re-  
gul. text. in c. Episcopus, & in c. Cum se-  
cundũ, de præb. Trid. sess. 21. de Refor  
mat. c. 2. notant Salzedo d. c. 18. n. 7.  
Gonsal. d. §. 9. n. 8. Garcia 2. p. c. 5. à n.  
132. Neque priuilegijs gaudet veri  
beneficij, seu Canonici, & ideò in cho-  
ro, & Capitulo sedet ultimus post om-  
nes Canonicos iuniores receptos, sci-  
licet post ingressũ suũ, vt latè cõpro-  
bat decisiones Rotæ explicans, quæ  
contrarium innuere videbãtur, Gar-  
cia n. 54. Gonsal. à n. 98. dictis locis,  
pluresq; alios effectus latissimè pro-  
sequuntur tam isti, quàm Fabric. &  
Azor. Vascõcel. & alij proximè citati.

D

Verum resolutionem hanc prin-  
cipalem negatiuã, & omnes effectus,  
qui

Gonsal.

Garc.  
Fabric.

2.

3.  
Nauar.  
Azor.  
Garcia.  
Soar.

4.

Trident.  
Salzed.

5.

6.

Garc.  
Gonsal.

7.



qui ex ea deducuntur, aduerto rectè  
 procedere in coadiutoria temporali,  
 veluti, quando ægrotanti datur, vt la-  
 tèt, & bene profequitur Gonsal. d. §. 9.  
 à n. 19. quia huic non conuenit parti-  
 cula illa definitionis beneficij, quod  
 fit ius perpetuum, minime tamen eã  
 probare possum in coadiutoria per-  
 petua, si eius ratione commoda detur  
 portio coadiutori, quẽadmodum de  
 iuris necessitate dandam esse probat  
 text. in d. cap. de rectoribus, ibi, congruã  
 portionem recipiat, & latè explicat Azor  
 vbi proximè q. 8. Moneta de destri-  
 butionibus quotidianis p. 2. q. 1. à n.  
 22. & omnino n. 30. cum sequentib.  
 licet adhuc in his terminis comunẽ  
 procedere, & coadiutorẽ non teneri  
 ad horas Canonicas, post alios com-  
 muniter scribat Garcia d. n. 107. fir-  
 miter enim mihi persuadeo, huiusmo-  
 di coadiutorijs, conuenire totam be-  
 neficij ecclesiastici definitionẽ, quod  
 fit ius perpetuũ percipiendi redditus  
 ecclesiasticos, propter officium spiri-  
 tuale, ut supponimus. Quod vero *coad-  
 iutus*, retineat titulum sui beneficij,  
 veluti canonicatus, nihil incõuenit, si  
 dicamus Canonicum coadiutum ve-  
 rum esse beneficiarium, respectu suã  
 canoniã, coadiutorẽ verò respectu  
 suã coadiutorie, vt in simili supra pro-  
 ximè dicebamus de rectore principa-  
 li parochialis, & vicario perpetuo,  
 quod Rector, vt cõmunis admitti ha-  
 beat verum titulum, respectu suã re-  
 ctoriae principalis, sed nõ ideò minus  
 vicarius perpetuus habere dicatur ve-  
 rum beneficium respectu suã vicarie.  
 Indèq; facilè soluuntur argumenta,  
 quã in contrariũ pro communi addu-  
 cebamus, & in hunc sensum defendi  
 potest doctrina Glossã, verbo *Curam*

Azor.  
 Monet.

Garc.

*animarũ*, in d. c. de rectoribus, & aliorũ,  
 A qui eam sequuntur, quos refert Gõ-  
 sales d. §. 9. in princip. dum resoluunt  
 coadiutores veros esse praelatos.

Vnde manifestè sequitur negãdos  
 esse omnes effectus, quos ad praxim  
 ex cõmuni deducebãt eius auctores,  
 & infertur ad plura alia, in quibus ei-  
 dẽ non satis sibi constantes coadiuto-  
 ri effectus veri beneficiarij tribuunt,  
 vt est ille, quod teneatur habitum, &  
 tonsurã clericalem deferre, & fori  
 gaudeat priuilegio, vt ex multis com-  
 probat Garcia à n. 97. cum sequẽtib.  
 d. c. 5. atque etiã ille quod gaudeat re-  
 gula detriennali possessore, vt expli-  
 cant Gonsal. à n. 118. Garcia à n. 89.  
 dictis locis, atq; etiã ille, quod inuito  
 coadiuto coadiutorie renunciare va-  
 leat, vt ex Putreo, & cõmuni in cap.  
 ult. de clerico ægrotãte post Valcon-  
 celos n. 9. Gonsal. n. 131. Garc. n. 124.  
 citatis locis, ratio verò dubitandi nõ  
 ex eo petenda erat, quod coadiutor  
 vere beneficiarius non sit, sed magis  
 ex eo, quod in fauorẽ coadiuti datus

C fit principaliter, cui sine factõ suo pre-  
 iudicari non potuit ex regul. legis id,  
 quod nostrum, ff. de regul. iuris cũ vul-  
 garibus, & inter disputandum faten-  
 tur ipsi Gonsal. & Garcia, & alij, quos  
 referunt. Quod verò ad titulũ coad-  
 iutoriae perpetuã habentis congruã  
 portionem valeat ordinari, nihil est,  
 quod repugnet, neque etiam quare  
 tales coadiutores à recitandis horis  
 Canonicis releuentur. Quã omnia  
 confirmantur ex axiõmate, quod tã-  
 quam certissimum sæpius repetit ip-  
 se Garcia, quod scilicet coadiutor nõ  
 alieno nõmine coadiuti, sed suo pro-  
 prio dicitur Ecclesiã inseruire, &  
 ideò concludit principali coadiuto

Nn 2 excom-

Gonsal.

8.

Garc.  
 Gonsal.

Putr.

9.  
 Valconsel.

L. id quod  
 nostrũ, ff.  
 reg. iuris.

Gonsal.  
 Garc.

10.



Ca. Pasto-  
ralis, de ap-  
pellat.

II.  
Gonsal.

Garc.

12.  
Trid.

13.

Garcia.

excommunicato, quanuis coadiutor pro eo, vt ei distributiones lucretur, interesse non possit ex regula text. in cap. *Pastoralis*, §. *Verum* in fine, de appellationibus, in quem sensum potest intelligi resolutio negatiua, quam in eadem quaestione ponit Gonsales à n. 123. nullum tamen esse inconueniens, quod nomine suo, vt portionē sibi debitam acquirat interesse possit coadiutor, qui excommunicatus nō est, & suo nomine inseruire potest in Rotam Romanam decidisse refert, & latè comprobatur Garcia à nu. 83. cum sequentibus d. cap. 5. vbi à n. 104. ex eadem ratione resoluit nō teneri coadiutorem exire de capitulo, in quo agitur de negotio, vel re ad coadiutum pertinente, ex praescripto Tridentini sess. 25. de Reformat. cap. 6. versiculi. *Qui si aliquid*. Nam cum suo nomine coadiutor inseruiat, non nomine coadiuti, dici non potest negotiū ibi agi eiusdē coadiutoris, ideoq; si coadiutus praebendam praetendat, in ea coadiutor poterit votum ferre, vt concludit ipse Garcia, & è conuerso, si agatur de re coadiutoris, posse interesse coadiutum dicendum est; licet apud aliquas sedes, aliquando videatur contrarium obseruari, praesertim in hac Conimbricensi; eadēq; ratione existimo non esse inconueniens, quod simul possint in habitu Canonicali interesse, coadiutus, & coaditor, in processionibus, & Missarum solemnibus; principalis in loco sibi debito, iuxta antiquitatē suam; coadiutor post omnes Canonicos ex dictis, siquidē diuersa obtinet beneficia diuerso iure competentia, licet contradicat Garcia n. 107. cum sequenti. Cuius fundamentum, quod vnū tan-

tum canonicatū repraesentant, solum concludit ne duplicē vocem habeāt, vel duplices lucretur distributiones; non quoad interessentiā, quae diuersis respectibus vtriquē conuenit, vni tanquam vero Canonico, alteri tanquam coadiutori; sicut nihil inconuenit, quod in eadem Ecclesia rector principalis, vt talis, Vicarius, vt Vicarius interesse valeant, & vsu receptū videmus in Episcopo, & Vicario suo generali.

§. X.

De Pensionarijs.

SUMMARIUM.

- 1 Refertur opinio illorum, qui dicunt pensiones non esse beneficia ecclesiastica, & eius fundamenta.
- 2 An ad titulum pensionis possit aliquis ad sacros ordines promoueri?
- 3 An committatur simonia si pensio pretio redimatur, etiam absque superioris auctoritate?
- 4 An bulla Pij. 4. & Pij. 5. contra renunciantes beneficia per confidentiā, extendantur ad pensiones?
- 5 Impetrans beneficium, an teneatur facere mentionem de pensione.
- 6 Pensionarij, an solum teneantur, ad officium paruulum Beatae Virginis.
- 7 Vtrum pensionarij in minoribus ordinibus gaudeant privilegio fori.
- 8 An per contractum matrimonij, promotionem ad episcopatum, professionem religionis, & reliqua pensiones vacent?
- 9 Opinio quae asserit pensionem clerico assignatam, ecclesiasticum esse beneficium, praescribitur.
- 10 Qua dicantur pensiones mere temporales?
- 11 Differentia inter praestimonium, & pensionem.

12 Pen-



- 12 Pensiones, quae dantur in titulum clericis verè beneficia ecclesiastica sūt.
- 13 Qui pensionarij gaudeant privilegio fori?
- 14 Explicatur Trident. sess. 21. de reformat. c. 2. & Bulla Pij. 5. circa pensiones.
- 15 Quomodo concedatur pensio laico, & clerico?
- 15 Vtrum pensio dici possit beneficium ecclesiasticum, quando aliquis fuerit ordinatus ad titulum pensionis?

quia beneficij natura est, vt in eo, quis perpetuo intituletur, & in eodem resideat, & inseruiat, vt auctoritate textus in cap. *Sanctorum*. 70. distinction. Sed certum est pensionarium non intitulari in Ecclesia aliqua, neque ad eius seruitium obligari, sed habere portionem quandam ex redditibus beneficij ad tempus separatam, quae subindè frequenter laico datur absq; aliquo onere spirituali, vt deducitur ex textu in cap. *Possessiones*. 16. q. 1. & ex varijs pensionis definitionibus, quas latè refert Garcia d. 1. p. cap. 5. à n. 162. Ex quibus pensionè à beneficij natura longe differre, tenet Dominicus Francus, & alij communiter, post Gloss. in d. cap. *Quauis*, Corras. de sacerdotio. 1. p. c. 4. Hoyeda de incompatibilitate 1. p. in praefatione, n. 3. & 2. p. cap. 7. n. 4. & multi, quos latè refert Gigas de pensionibus, q. 28. Flamin de resignat. libr. 2. q. 15. n. 11. & lib. 11. q. 4. n. 3. Gonsal. d. glossa. 5. §. 5. à principio, & esse omnium fere consensu receptum asserit Azor d. 2. p. cap. 5. q. 2. refert, & sequitur infinitos Garcia d. 1. p. cap. 5. n. 3. cum sequentibus; quibus adde Aluifium Riccium collect. 960. Anton. Fabric. in praxi, & theorica beneficiali, titul. de pensione beneficiali à n. 1. Stephanū Gratianum disceptation. forens. cap. 397. n. 11. cum sequētibus, Marefcot. variarum resolut. lib. 2. cap. 2. n. 4.

Hinc inferentes ad plures vsus frequētes quest. & in primis ad ordines, ad quos neminè promoueri posse ad titulū pensionis, notant ex proxime citato Tridentini decreto. Deinde ad materiā simoniae, quā non cōmitti, si pensio pretio redimatur, etiam absque superioris auctoritate ex hac ipsa

C. Sancto-  
rum. 70. d.

C. Posses-  
siones. 16.  
q. 1.

Garc.

Dominic.

Glos. cap.  
Quauis.  
Corrat.  
Hoyed.

Gigas.  
Flamin.  
Gonsal.

Azor.

Garcia.  
Riccius.  
Fabric.

Gratian.

Marefcot.

2.

Trid.

1.

**D**E materia tandem pensio-  
num agemus in hoc loco ;  
de quibus, etiam grauis est,  
& necessaria ad varios arti-  
culos inter scribentes concertatio,  
vtrum verè sint ecclesiastica benefi-  
cia, & ecclesiastici beneficij nomine  
contineantur? In qua partem negati-  
uam frequentissimè sequuntur, tam  
antiqui, quàm recentiores auctores;  
primo auctoritate text. in cap. *Quauis*.  
4. de praebend. in 6. tam decisione,  
quatenus probat, per mandata de pro-  
uidendo de beneficijs, vsque ad certā  
summam prouideri non posse de pen-  
sione, tam in illis verbis, *Non de pen-  
sione, sed in beneficijs ecclesiasticis tantū  
volumus prouidere.* Quae apertè pro-  
bant pensionem beneficium ecclesia-  
sticum non esse, sed aliud longe di-  
uersum, consonat elegans Tridentini  
sess. 21. de Reformatione, cap. 2. qua-  
tenus constituit antiquos Canones  
renouando, ad sacros ordines pro-  
moueri non posse, nisi cum qui be-  
neficium ecclesiasticum habuerit, nec  
satis esse, quod patrimonium, vel  
pensionem obtineat, commendat Sal-  
zedo in additionibus ad Bernardum  
in practica, cap. 62. num. 10. Deinde,

C. Quauis  
4. de praeb.  
in 6.

Trid.

Salzedo.



3. ratione, quod beneficium non sit ecclesiasticum, sed tantum stipendium quoddam temporale, notat Rebuffus de pacificis possessoribus, nu. 150. & latè Gigas, de pensionibus, q. 99. à n. 6. atque etiam Rodoan de simonia, p. 2. cap. 14. à n. 26. & etiam in pensione, clerico, vt tali reseruata; post Caietan. resoluit Tolet. Cardin. in summa lib. 5. cap. 93. n. 2. & post eos receptam esse sententiam fatetur Soares de Religione tom. 2. tractatu de simonia lib. 4. cap. 26. n. 1. & 2. Neque subindè Bullæ Pij. 4. & Pij. 5. contra renunciantes beneficia, per confidentiam extendi posse ad pensiones post Nauarrum, plurimis Cõcilijs, & plures Rotæ decisiones, multis rationibus comprobat Flamin. de confidentijs beneficalibus, q. 23. à nu. 14. latè disputans per totam quæstionē, quod etiam tenent Rictius, Fabricius n. 18. Garcia n. 51. dictis locis. Indè etiam inferentes non teneri impetranter beneficium facere mentionem de pensione, sicut de obtentis beneficijs facere tenetur, iuxta textum in cap. *si motu proprio*, de præbend. in 6. & ita sepius Patres Romanæ Rotæ decidisse, constat ex adductis à Gonsales n. 26. Garcia 75. dictis locis. Neque etiã teneri pensionarium iure communi ad horas Canonicas recitandas, sed tantum ex noua Pij. 5. constitutione ad officium paruum Beatæ Virginis, fatentur omnes, vt constat ex infinitis adductis à Garcia d. cap. 5. n. 65. & hanc fuisse semper constantem omnium scribentium sententiam, etiam quando pensio clerico datur clericali titulo post alios, quos refert, comprobat Pater Soares de Religione tomo 2. tit. de horis Canonicis lib. 4. c. 22.

Rebuf.

Gigas.  
Rodoan.Caiet.  
Tolet.

Soar.

4.

Nauar.

Flamin.

Rictius.  
Fabric.  
Garc.5.  
C. Si motu  
proprio. de  
præb. in 6.  
Gonsal.  
Garcia.

Garc.

Soar.

à nu. 4. Neque subindè gaudere fori priuilegio pensionarium in minoribus ordinibus constitutum, etiam si habitum & tonsuram deferat clericalem, pro interpretatione Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 6. declararunt illustrissimi Cardinales, vt post Flamin. & Gonsal. refert Garcia d. cap. 5. n. 70. & habetur in declarationibus, quæ impressæ vulgò circumferuntur.

Indè etiam, & per contractum matrimonium vacent beneficia, iuxta cap. 1. & per totum de clericis coniugatis; sicut etiam per promotionem ad episcopatum, iuxta dictum cap. *Cum incunctis*, §. 1. de electione, atque etiã per professionem religionis, cap. *Beneficium*, de regularibus in 6. non ita vacare pensiones ex Cardinali in *Clementina*. 1. §. 1. de supplend. negligentia prælatorum, tenet communis ex relatis à Garcia n. 105. cum multis sequentibus. Sic denique licet illegitimus incapax sit beneficij ecclesiastici, iuxta cap. 1. de filijs præbyterorum in 6. non ita pensionis, vt sepius decisum esse in sacro Rotæ prætorio, testatur Garcia n. 115. d. loco. Cardinal. Seraphim, Oliuar. decis. 1264. Stephanus Gratianus d. cap. 397. à n. 11. pluresque alios effectus valde notabiles, ex eadem resolutione negatiua, post Gigas, latè prosequitur Gonsal. Garcia, Fabric. à n. 20. dictis locis.

Verum contrariam partem affirmatiuam, quod pensio saltem clerico assignata ecclesiasticum sit beneficiũ probare videtur expresse text. in cap. *Ad audientiam*. 31. de rescriptis, ibi, *Pensiones, seu alia beneficia*, expendendo particulam illam, *alia*, quæ est implicatiua similium, & in præcedentibus, eandem reperit qualitatem, vt ex

Glossa

Trid.  
Flamin.  
Gonsal.  
Garc.

6.

Cap. 1. de  
cler. coni.  
C. Cum in  
cunctis.C. Benefi.  
de regula.  
Clement. 1  
de supp. ne  
gl. præl.Cap. 1. de fi  
lijs præb.Garcia.  
Card. St  
raphim.  
Gratian.  
Gigas.  
Gonsal.  
Garc.  
Fabric.

7.

C. Ad au  
dientiam de  
rescrip.



*Glos. c. Sedes de rescriptis. Cened.*

Glossa verbo *Maiores*, & communi in cap. *Sedes*, de rescriptis, post multos, quos latè refert Cenedo singulari. 4. Probat deinde, quia licet pēiones aliquādo laicis dentur ratione alicuius seruitij temporalis, iam tamen hodie frequentissimè dantur clericis in stipendium suæ sustentationis, & cū onere spirituali, recitandi saltem prædictum officium paruum beatæ Virginis, & ideò cum dentur in perpetuum, in vitā scilicet pensionarij, nihil deficit de ijs, quæ ad integram beneficij ecclesiastici substantiam constituendam necessaria sunt; eoque fundamento pensiones, quæ hodie in vsu sunt verè, & proprie esse ecclesiastica beneficia, quia non aliter solent à Romano Pontifice concedi, nisi clericis, & cum clausula, post clericali caractere fuerint insigniti, tenent Rebuf. de nominat. q. 9. n. 37. & post Gigas de pensionib. q. 1. q. 21. & q. 28. Redoan d. cap. 14. n. 18. & communem contrariam, firmitatem non habere securè scribit Salzedo d. n. 10. ad medium, & contra Caietanum dicentem, quod pensio sit ius mere temporale, tenentius esse spiritualibus annexum. Nauar. cons. 59. n. 1. & 2. & consil. 61. n. 3. de simonia, & pluribus alijs locis, quæ refert Garcia d. cap. 5. n. 9. & 10. & 18. vbi in eandem sententiam adducit Mandos. Duaren. Zechium, Viuald, & plures alios, quos ibi videre poteris, & ante omnes, pēiones vere esse beneficia ecclesiastica constanter cōtra communem tuebatur Barbat. in d. cap. *Ad audientiam*, à n. 5. cum sequentibus. Vnde consequenter resoluunt iure non consistere effectus prædictos, quos communis deducit ex priori resolutione, &

*Rebuf. Gig. Redoan. Salzed. Caiet.*

*Nauar.*

*Garc.*

*Mandos. Duaren. Zech. Viuald.*

*Barbat.*

A imprimis illum ex materia simoniæ, quam committi, si absque legitima superioris auctoritate pensio pecunia redimatur, concludit Nauar. proximè citatis locis, & in Manuali cap. 23. n. 111. Flamin. de Resignat. lib. 6. q. 2. n. 128. Soto de iustit. lib. 9. q. 7. art. 2. conclus. 7. Hugolin. d. tabula 1. c. 28. §. 3. n. 7. Zerola, Zech. Beja, Viuald. & alij, quos refert, & sequitur Garcia d. cap. 5. n. 20. Et sic de reliquis effectibus.

*Nauar. Flamin.*

*Soto.*

*Hugol.*

*Zerol.*

*Zech.*

*Beja.*

*Viuald.*

*Garc.*

8.

B Quare, vt multa, quæ in hoc articulo latissimè tradunt scribentes facilius comprehendas; constituendum est, quod duobus modis possunt pensiones constitui; vel enim sunt mere temporales, quæ laicis dantur, titulo mere temporali, quæ scilicet, veluti fimbalistæ, sindaco, & similibus, vt supra, & istas certum est beneficia ecclesiastica non esse. Quod si petas, in quo differant præstimonia à pensionibus; respondetur, pensionem iuxta definitiones, de quibus Rebuffus de pacificis d. n. 111. Garcia d. cap. 5. à n. 162. esse portionem ex redditibus Ecclesiæ ad tempus separatam, vt personæ certæ assignetur, quæ subindè ipsius morte non vacare dicitur, sed extingui, vt explicat Gigas q. 12. & post eum Gonsal. d. §. 5. n. 41. præstimonium verò est pars reddituum ecclesiasticorum separata in perpetuum, quæ subindè obrinentis morte vacat, & prouidetur ad instar beneficiorum, sentit differentiam P. Soar. d. libr. 4. de horis Canonicis, cap. 22 n. 8. Vel secundo pensiones dantur in titulum clericis, scilicet vt sustentationis stipendium, quando beneficio renunciant; ne ex renunciatione nimium dispendium patiantur, quas

*Rebuf.*

*Garc.*

*Gig.*

*Gonsal.*

*Soar.*



dari loco beneficij, imò beneficia esse ecclesiastica fateri oportet, & ita procedere secundam sententiam affirmatiuam proximè relatam; & ita se explicant ipsi Auctores, quos pro ea adduximus, vt constat ex Rebuf. Salzed. Garcia, & alijs supra adductis, & latius, quam omnes prosequitur Soares d. cap. 26. quod scilicet, quæ titulo temporali dantur, non pertinent ad materiam simoniæ, & sine vlla vmbra illius vendi possunt, iuxta communè sententiam, de qua contra Rebuf. testatur ibi num. 4. & 5. Si verò clericis dantur siue expresse in titulum spirituales, siue simpliciter sine simonia, vendi non posse, explicat à n. 6. quia secundum Nauar. eo ipso quod clericis, vt clericis dantur, datæ videntur in titulum beneficij, vt esse commune contendit Nauarrus; vel quia post Diui Pij V. constitutionem, hoc certum censeretur debet; vt fatetur ipse Soares n. 8.

Iuxta quam distinctionem intelligendum est, quod diximus de priuilegio fori, vt scilicet eo non gaudeant, qui pensionem obtinent priori modo, titulo omnino temporali, gaudere tamen, qui eas obtinent modo posteriori, contendit Salzedo d. nu. 10. affirmans sic in supremo Hispaniarum Regio Senatu fuisse iudicatum; sed iam in nouissima editione fatetur contrarium respondisse illustrissimos Cardinales negantes fori priuilegium clericis in minoribus, licet pensionem obtineant, si in habitu, & tonsura non incedant, licet in eodem casu beneficiarijs priuilegium hoc non denegetur; & habetur in declarationibus, quæ ad Trident. impressæ circumferuntur, & referunt etiam Flaminus

de Resignatione lib. 1. q. 10. in fine, & lib. 2. q. 15. n. 5. & post eum Garcia à n. 70. cum sequentibus, Gonsales n. 60. dictis locis. Cui resolutioni propter Cardinalium auctoritate stare oportet; sed in rigoris disputatione Salzedi distinctio longè videtur verior, imò considerabilem declarationem Cardinalium non loqui, de pensione data in titulum, sed clericis simpliciter, inter quos casus Soares distinguit, vt modò diximus. Sic etiã iuxta eandem distinctionem verius est impetratione beneficij faciendam esse mentionem de pensione, quæ clericis vel simpliciter, vel in titulum data est, & sic esse limitandas, seu declarandas Rotæ decisiones, quæ contrarium decidunt, vt procedant in pensionibus datis titulo temporali, vt explicat Rebuf. d. q. 9. nu. 37. Gigas de pensionib. q. 67, n. 1. Mandos. & alii, de quibus Garcia n. 76. dicto cap. 5. Sicut etiam secundum eandem distinctionem verius, & receptius est per promotionem ad episcopatum vacare pensionem datam in titulum, sicut vacant beneficia, iuxta d. cap. Cum in cunctis, §. 1. vt per Gigas q. 56. & post Flamin. & plures Rotæ decisiones Garcia d. cap. 5. n. 110. & p. 11. cap. 6. n. 4. & 25. Serafim decis. 91. sicut etiã verius est vacare per contractum matrimonij, vt explicant latè Gigas q. 54. & plenè Sanch. de matrimonio lib. 7. disp. 44. & sic quotidie practitari post Hieronymum Gabrielem, & Flamin. testatur Garcia eodem cap. 5. nu. 106. & sicut per professionem Religionis vacant beneficia, ex regula text. in d. cap. Beneficium, de regularib. in 6. vacare etiam huiusmodi pensiones receptum est, vt per Gig.

Garc.  
Gonsal.Soar.  
10.Rebuf.  
Gigas.  
Mandos.  
Garc.  
11.Flamin.  
Garc.  
Card. Seraphim.Sanch.  
Gabr.

C. Beneficium, de regularib. in 6.



12. *Nauar.* q. 57. Garcia à n. 114. citatis locis, & tãdem sicut illegitimi incapaces sunt beneficiorum, ita capaces non esse harum pensionum, stillo Curiaẽ receptum, testatur *Nauar. conf. 11. n. 2.* in nouis, & post eum pluribus alijs in locis, & *Gig. q. 16. Zerolam, Zechiũ,* & alios, sic contrarias sententias conciliat *Garc. n. 119. vbi n. 139.* cum sequentibus concludit, quod sicut religiosis beneficia sæcularia conferri non possunt, iuxta textum in d. cap. *Cum de beneficio*, ita etiam eis dari nõ potest pensio, super sæculari beneficio.

13. *Trid.* Duo tamen restant, quæ hanc distinctionem destruere videntur, primum ex prædicto decreto Trident. sess. 21. de reformat. cap. 2. dum constituit ad solum titulum beneficij, nõ pensionis ad sacros ordines, quem posse promoueri; secundũ ex prædicta Bulla Pij V. vbi expresse loquitur de pensionibus, quæ clericis titulo clericali, vt clericis dantur; & tamen decernit huiusmodi pensionarios ad horas Canonicas non teneri, eoque argumento etiam istas pensiones in rigore beneficia esse ecclesiastica negat *Soares lib. 4. de simonia, cap. 26. n. 8. & dicto lib. 4. de horis Canonicis cap. 22. n. 5. versic. Ratio verò est;* sed poteris responderi neque in priori casu, neque in posteriori, trahi posse resolutiones illas ad pensiones, quæ in titulum beneficij dantur pro onere spirituali perpetuo inseruendi Ecclesiæ; sunt enim vere, & proprie beneficia ecclesiastica, & consequenter ipso communi iure ad horas Canonicas obligare, etiam ante Pij Quinti constitutionem non videtur dubitandum: agit igitur constitutio de per-

A fione, quæ, vt clerico datur, vt loquitur constitutio, ex quo non sequitur necessario dari in titulum beneficij, vt benè discurret *Soar. d. cap. 26. n. 6. & 7.* & in huiusmodi pensione, quia partim ad beneficium videtur accedere, partim à beneficij natura recedit, medium quoddam secutus est Pontifex, vt omnis, qui vt clericus pensionem percipit, vel alias res ecclesiasticas teneatur, ad prædictum officium paruum Beatæ Virginis.

B Et omnia, quæ de pensionibus diximus facilius, & breuius poteris comprehendere distinguẽdos tres casus; primus est, quando constat pensionẽ laico, vel etiam clerico dari titulo omnino temporali pro temporali onere, in quo certissimum est beneficiũ ecclesiasticum censei non posse. Secundus quando constat dari clerico in titulum beneficij, de quo etiam facta ea suppositione, dubitare nõ possumus, quod sit beneficium ecclesiasticum. Tertius est, quando clerico datur simpliciter, in quo *Nauar. asserens communem, existimat beneficiũ ecclesiasticum esse censendum, eo ipso quod clerico, vt clerico datur, sed negat Soares ea ratione, quod natura beneficij postulat, vt de se perpetuum sit, vt vacare, & prouideri dicatur per obitum obtinentis, quod in pensione deficere iam diximus, & ea resolutione, si magis arrideat, retenta, facilè componuntur difficultates, quæ ex prædictis resolutionibus deducuntur, quæ pensionibus datis clericis, vt clericis, negant effectus veri beneficij.*

D Hinc etiam intelliges veram esse, & facilè procedere resolutionẽ Ioãnis Azorij d. cap. 5. q. 4. dum docet, quod

*Soar.*

14.

*Nauar.*

15.

*Azor.*

quod



quod si quis ad titulum pensionis ad sacros ordines fuerit ordinatus, non ideò magis pensio dici potest ecclesiasticum beneficium, quamvis enim iam ut clericus eam obtineat, id non sufficit, ut beneficium ecclesiasticum dicatur ex proximè resolutis, sicut etiam beneficium ecclesiasticum dici non potest patrimonium, ad cuius titulum, quis fuerit ordinatus, secundum Abb. in dicto cap. *Tuis*, nu. 6. de præbendis, sequitur Azor eodem libr. 3. cap. 4. q. 2. Imò neque privilegio rerum Ecclesiasticarum gaudere tale patrimonium, contra Glossam ultimam in fine, in d. cap. *Episcopus*, de præbendis, ex Glossa ultimam in eodè cap. *Tuis*, melius resoluit Couasruuias lib. 1. resolutionum, cap. 4. n. 4. cuius verba transfert Salzedo d. cap. 18. nu. 14. & tenebat Nauar. consilio 12. de censibus in antiquis. Licet in favorabilioribus beneficio æquiparari tale patrimonium scribat, & communem confiteatur, ex Felino, Decio, & alijs, seu alios communium contrariar. quæst. 527. n. 1. Hæc sufficient pro materia pensionum, sæculariūq; beneficiorum. Modò ad regularia transeamus.

## §. XI.

## De Beneficijs regularibus.

## SUMMARIUM.

1 Opinio, quæ assertit monachatum verè esse beneficium ecclesiasticum, referatur.

2 Monachus per professionem in perpetuum religioni addictus manet.

3 An eo ipso quod monachus efficitur detur ius petendi à monasterio ali-

menta, & expensas necessarias de redditibus communibus Ecclesie?

4 Vtrum si professus patrem, vel filios habeat egenos teneatur, monasterium eos alere?

5 Contraria opinio, quæ assertit monachatum non esse beneficium ecclesiasticum præscribitur, & eius fundamenta annectuntur.

6 Collatio beneficij facta excommunicato, ipso iure est nulla.

7 Monachatus, & professio facta ab excommunicato valida est.

B 8 Vtrum monachi non dispensati in voto paupertatis proprium habeant titulum beneficij?

9 An Canonici regularis sanctæ Crucis verè beneficiarij dicantur?

10 Qui teneant monachatum beneficium esse ecclesiasticum, si per eum intelligatur locus, seu ius monachi chore deputati?

11 Vtrum monachi professi ad titulum monachatus, velut ad titulum beneficij regularis possent ad sacros ordines promoveri?

C 12 Religiosi non professi (exceptis Patribus Societatis Iesu) sine titulo non ordinantur.

13 Vtrum Prioratus, & administrationes, quas monachi, & alij regulares obtinent, vere sint beneficia ecclesiastica? Pars affirmatiua ponitur.

14 Pars negatiua, & eius rationes.

15 Conciliantur opiniones.

16 Quæ differentia detur quoad acquisitionem dominij reddituum beneficiorum inter regulares, & seculares.

D 17 Intellectus text. in cap. Cum olim. 14. de privileg.

18 An regularibus beneficijs tribuantur effectus, qui beneficijs propriè sumptis tribui solent?

19 Vtrum

Abb.  
16.  
Azor.

Con.

Salzed.  
Nauar.

Felin.  
Dec.  
Stualb.



19. *Vtrum omnia beneficia regularia sint manualia, & ad nutum Abbatis remouibilia?*
20. *Beneficia ecclesiastica laicis conferrī non possunt.*
21. *Incapacitas laicorum ad beneficia ostenditur.*
22. *Prima tonsura sufficit ad obtinendū beneficium.*
23. *Quis ordo requiratur ad episcopatū?*
24. *In capellis vtrum eligi oporteat ordinatus sacerdos?*
25. *Coniugatus non potest obtinere beneficium, nec simplex, nec curatum.*
26. *An Episcopus possit dispensare cum coniugato ad simplex beneficium obtinendum?*
27. *Vtrum sufficiat ad obtinendum beneficium quod proximè prima tonsura sit iniciandus? negativa verior.*
28. *Vtrum fœmine habere possint beneficia ecclesiastica.*
29. *An beneficia ecclesiastica à laico conferrī valeant?*



**C**ommuniter, Doctores de regularibus beneficijs agētes, illam præmittunt disputationem: *Vtrum monachatus verè sit beneficium ecclesiasticū?* In qua partem affirmatiuam ex Glossa, verbo *Beneficijs*, in principio, in *Clementina 2. de Iudicijs*, & *Abb. in cap. 2. notabili 1. de statu monachorum*, securè tradit *Selua de benef. p. 1. q. 2. n. 56.* *Rebuffus* in praxi titulo regularia beneficia, n. 6. *Petrus Gregor. rei beneficiariæ*, cap. 10. n. 27. *Gonsales ad reulam 8. Cancellariæ glossa 8. n. 115.* Cuius rei rationem in eo constituunt, quod monachus per professionem in perpetuum Religioni additus manet; iuxta ea, quæ de Religio-

ne, & Religiosorum stabilitate, per textum in cap. *Statuimus. 19. q. 3.* latissimè ibi tradit *Nauar. sub commentario 4. de Regularibus*, *Fr. Ludouicus Miranda* in *Manuali prælatorum Regularium tom. 1. q. 32. art. 1.* *Lesius de iustitia lib. 2. cap. 41. à n. 67.* *Soar. de Relig. tom. 3. lib. 3. cap. 4. per totū, & tom. 4. lib. 2. cap. 6. & insuper eo ipso, quod monachus efficitur, ius consequitur petēdi à monasterio alimentata, & expensas necessarias de redditibus cōmunibus Ecclesiæ; vt per textum in cap. *Ex parte. 11. de accusatio-* nibus, notant ibi scribentes omnes; ideòque impiè ei ab Abbate, seu monasterio alimenta denegari, scribit *Glossa penult. in cap. 2. de infantibus, & languid. expositis; & est receptissima traditio, vt per Palatium in repetitione capituli, §. 39. n. 2.* *Valasc. consult. 1. à nu. 1. plenissimè* *Surd. de alimentis, titul. 1. q. 75. & 121. à principio; imò si professus patrem, vel filios habeat egenos, teneri eos alere, ex Bartolo, & communi in l. *Si quis à liberis, §. Item rescriptum, receptum cōprobat ibi Lara à num. 11. & latissimè* *Surdus eodem titul. 1. q. 29.* *Soar. d. tom. 3. lib. 4. cap. 5.* Exercet prætereà officium spirituale, diuino enim mancipatur officio, & contemplationi, & orationi deditus ab omnium temporalium strepitu segregatur, vt ait *D. Hieronymus* relatus à *Graciano* in cap. *Duo sunt genera. 12. q. 1. exornat.* latè *Petrus Gregorius syntagmat. iuris lib. 15. cap. 14.* *Bellarmin. tom. 1. controuersia 5. libr. 2. cap. 2. cum sequentibus, Zechius de Republic. ecclesiastic. titulo de Religione, c. 1. à n. 4.* *Nauar. vbi suprà, & in cap. *Non dicatis, cōmentario. 1. & 2. de regularib.****

*S. Statuimus. 13. q. 3. Nauar. Miranda Lesius. Soar.*  
*3. C. Ex parte de accusat. gloss. c. 2. de infant. & languid. Palat. Valasc. Surd.*  
*4. Bart. L. Si quis à liberis. Lara. Soar.*  
*Cap. Duo sunt. 12. q. 2. Pe. Greg. Bellarm. Zech. Nauar.*  
*Miran-*

*Glos. clem. 2. de iudic. Abb. Selua. Rebuf. Pet. Greg. Gonsal. 2.*



Mirand.  
Lefius.  
Soar.

Miranda, Lefius, & Soar. proximè citati, & consequenter nihil deficit in monachatu, de ijs, quæ ad beneficij substantiam constituendam diximus necessaria, siquidem monachus ex modò dictis, per monachatum consequitur de redditibus ecclesiasticis ius percipiendi necessaria sibi, atque suis propter spirituale officium perpetuum, in quo consistit perfecta beneficij definitio, vt diximus in præcedentibus.

5.

Panorm.  
Bonifac.  
Feder.  
Azor.

Contrariam tamen sententiam, quod monachus minimè sit beneficium ecclesiasticum, tenet Panormitan. in eadem *Clementina secunda*, de Iudicijs, Bonifac. ibi numer. 31. Feder. consilio 5. num. 5. & post eos constanter Azor dicto lib. 3. cap. 26. quæst. 7. qui pluribus mouentur rationibus, quia beneficium, vt constat ex prædicta definitione principaliter consistit in iure illo percipiendi redditus illos ecclesiasticos distinctos, veluti portionem quandam separatam à redditibus communibus, quos suos faciunt Beneficiarij, vt probat textus per locum à contrario in cap.

Cap. vnic.  
de cler. nò  
resid. in 6.

unico, de clericis non resident. in 6. & suprà tetigimus, originem, & institutionem beneficiorum explicantes, postquam clerici à vita communi recesserunt, & idèò dominium ipsius beneficij, etiam dicitur acquiri beneficiario ex textu in cap. *Si tibi absenti*,

Cap. Si tibi  
absenti,  
de præb. in  
6.

de præbend. in 6. quod quidem monachis, qui adhuc in communi vita perseverant minimè conuenit; sed potiùs monachatu repugnat proprietatis, quasi contrarium ex tribus votis substantialibus, iuxta textum in dicto cap. *Cum ad monasterium*, de statu monachorum, imò quicquid

C. Cum ad  
monaster.

statu monachorum, imò quicquid

monachus acquirit monasterio quaeritur, iuxta textum, & quæ ibi notant scribentes omnes in cap. *In præsentia*, de probationibus, & in cap. *Cum olim*. 14. versic. *Præterea*, de priuileg. Deinde constat ex eadem beneficij definitione illud dari propter officium spirituale, quod subindè in laicum non cadit, iuxta textum in cap. 2. de institutionibus, iuncta ratione, quæ deducitur ex textu in cap. *Sacrosancta*, & in cap. *Massana*, de electione; at verò monachus in laicum cadit, & monachus, qua talis nullum monachus officium gerit, sed laicus est, vt notant omnes argu-

C. In præsentia, de probat.  
Cap. Cum olim, de priuileg.  
Cap. 2. de institut.  
C. Sacrosancta.  
C. Massana de elec.

mento text. in cap. *Religiosi*, §. *Quantis*, de sententia excommunicat. in 6. Textus optimus in cap. *Alia*, & in cap. *Sic viuere*, & in cap. *Monachi*, & per totam. 16. quæst. 1. atque ideo licet certum sit, quod collatio beneficij facta excommunicato ipso iure nulla sit, iuxta textum in cap. *Postulastis*, in principio, & per totum titulum de clerico excommunicato, & quæ latè explicat Nauar. in Manuali, cap. 27. num. 21. Couarruu. in cap. *Alma*. 1. p. §. 7. num. 11. Gutier. libr. 2. Canoniarum, cap. 5. à num. 92. Hugolin. de censuris tabula 2. cap. 13. §. 1. Soar. eodem tractatu, disputatione 13. sectione 1. num. 2. Valet tamen monachus, & professio facta ab excommunicato, vt probat text. in capite *Cum illorum*. 32. versic. *Et alibi*, de sententia excommunicat. notant Abbas, Felinus, Rebuffus, & alij communi-

C. Religio si. de sent. excom. in 6.  
C. Alia.  
C. Sic viuere  
C. Monachi. 16. q. 1.  
Ca. Postulastis, de cler. excom. mun.  
Nauar.  
Cou.  
Gutier.  
Hugolin.  
Soar.

ter ad cap. *Postulastis*; vt testatur, & explicat Hugolin. dicta tabula. 2. cap. 20. in principio, numer. 5. Sairo de censuris lib. 2. cap. 9. à num. 18. Quæ tamen ratio non multum concludit, & ad-

Cap. Cum illorum.  
7. Abb.  
Felin.  
Rebuf.  
Hugolin.  
Sairo.

ter ad-



si aduertat rationem, quam Doctores in confirmationem illius adducunt, non pendere ex hoc, quod beneficium sit, vel non, sed quia professio fit per modum contractus, dum Religiosus Religioni, & Religio illi se obligant mutuo consensu ex notatis in cap. *Ad Apostolicam*, de regularib. & ideo ad instar reliquorum contractuum, licet ab excommunicato fiat debet valere, ex regula, quam ex communi explicat Hugolin. & Sairo proxime citatis locis. Non etiam concludit ratio illa, quod monachus officium clericale non sit, quia in definitione non diximus dari beneficium propter officium clericale, sed propter officium spirituale, quod quidem gerere monachos negari non potest ex iuribus pro priori sententia adductis, sicut etiam pure laici dici non possunt, imò ecclesiasticae sunt personae à laicis distinctae, iuxta textum in d. cap. *Duo sunt genera*, cum similibus.

Cap. Duo sunt genera.

8.

Posterior nihilominus sententia retinenda est, ex primo fundamento pro ea adducto, quod beneficiorum tituli supponunt portionem aliquam reddituum ecclesiasticorum separatam, cuius dominium beneficiarius acquirit, ex dictis, & statim dicendis, quod monachis non conuenit; atque ita si in voto paupertatis dispensati non reperiantur, ut proprium habeant titulum beneficij, non habere rectè concluditur, & iuxta hoc veniunt intelligenda, quae supra resoluius quaestione supraposita de clericis ordinum Militarium, quod beneficia ecclesiastica habere dicantur, si portionem habeant. Intellige separatam pro stipendio sustentatio-

nis, ut ordinis Ecclesijs inseruiant, iuncta ratione, quam adducit declaratio Cardinalium, de qua ibi fecimus mentionem, quod si Religiosi circa proprietatem dispensati reperiuntur.

Et hac ratione supposita iam videtur stare non posse limitationem, quam ad hanc suam resolutionem ex Panormitano sequitur Azor dicta quaestione septima, quod scilicet non procedat, in monacho, qui Canonicus fuerit regularis, ut sunt apud nos in nobilissimo Sanctae Crucis Monasterio; hos enim verè esse beneficiarios, contendunt; sed conuincuntur ex praedicta ratione; nam etià isti voto paupertatis sunt adstricti; neque circa proprietatem dispensati reperiuntur, sed vitam degunt communem; portionem reddituum separatam minimè habentes. In caustralibus, ut olim erant ante sanctissimam eius Monasterij reformationem, forsitan accommodari potuit ea doctrina, quia laxiorem habebant circa portiones sibi assignatas dispensationem; sed subsisto, quia etiam illos in proprietate dispensatos non fuisse, latè comprobatur insignis Nauarrus dicto commentario secundo de Regularibus, à numero quarto, & 30.

Indeque etiam minùs probare possum praepetoris colēdissimi Emmanuelis Soarez resolutionem ad cap. *Quanto*, de officio ordinarij, dicentis, monachatum beneficium esse ecclesiasticum, si per eum intelligatur locus, seu ius monachi choro deputati, quia iam officium gerere dicitur clericale; ex notatis per Innocentium numer. 4. & Doctores commu-

9.  
Azor.

Nauar.

10.  
C. Quanto de offic. ordin.

Innocent.



communiter in cap. 1. de celebratione Missarum: nam admissa hac resolutione, adhuc tamen obstat alia ratio, quod monachus portionem reddituum ecclesiasticorum separatam non habet, neque monachus domini, aut proprietatis capax est, quem admodum esse oportet, ut proprie, & strictè beneficium dicatur.

11.

Ex quibus omnibus colligitur, non sine maxima difficultate procedere communem sententiam Doctorum, qui varijs in locis resoluunt monachos professos ad titulum monachatus, veluti ad titulum beneficii regularis posse ad sacros ordines promoveri, id notantes ex celeberrimo

C. Neminem. 70. d. Archid. Gutier. Cardin. Selua. Henriq.

Calcedonensis Concilij decreto, relato à Graciano in cap. Neminem. 70. distinctione, ibi, *Aut in Monasterio*, notat Archidiaconus, & Gutierres, Cardinal. hic, & est receptissima traditio ex Selua, & alijs relatis ab Henriq. in Summa lib. 13. capite 37. §. 1. iuncta litera C. & ex Nauarro, Mirand. dicto tom. 1. quæstione 39. articulo quinto, sed communem esse errorem multis rationibus latè ostendere nititur Quintanaduenh. Ecclesiasticon. libr. 3. à numer. 35. Sed, quanuis in eo multum laborauerit, minimè tamen satisfacere potuit verbis textus in dicto capit. *Neminem*, & expressè conuincitur ex Constitutione Pij Quinti. 29. in ordine secundum Petrum Matthæum, quatenus prohibens Religiosos non professos sine titulo ordinari, exceptis Patribus Societatis IESVS, quibus

Quintana.

12.

ex Gregorij decimi tertij Constitutione concessum est, ut post tria vota emissa, ante solemnem professionem, sine titulo valeant ordinari, ut

A vbi proximè, Pater Soar. tomo 5. disput. 31. sect. 1. num. 38. iam videtur Pius Quintus in professis cōtrarium concedere, & regula text. in leg. *Cum prator*, ff. de iudiciis, & in cap. *Non ne*, de præsumpt. cum vulgaribus; neque communi retenta; obstat argumentum ex nostra resolutione; nam etsi admittamus monachatum proprie beneficium non esse, non ideo sequitur non posse monachos ad eius titulum ordinari; nam cum de se perpetuum sit, & monasterium professo, omnia subministrare teneatur, id sufficit ad hoc, ut ad huiusmodi titulum, velut patrimonii perpetui valeant promoveri, iuxta decisionem textus in dicto cap. *Tuis*, & Trident. dicto cap. 2. versic. *Patrimonium verò*, d. sess. 21. de Reformatione.

B Accedamus ergo ad Prioratus, & administrationes, quas monachi, & alii regulares obtinent, de quibus grauis est inter nostros controuersia, utrum verè sint beneficia ecclesiastica? In qua partem affirmatiuam ex Glossa verbo *reuocari*, in *Clementina* 1. de supplend. neglig. praelatorum, Federic. consil. 55. Nauarr. d. commentar. 2. num. 6. constanter tuetur Azor dicto libr. 3. cap. 26. q. 2. & ex Flamin. de confidentiis, quæst. 16. inde resoluente in his regularibus beneficiis committi confidentiam comprobatur Garcia dicta 1. p. cap. 2. n. 69. & 77. Inde etiam appellatione beneficiorum venire non solum sæcularia, sed etiam regularia, ex Cardinal. Felino, Immola, & alijs, atque ex Rota nouissima 1. p. diuersorum decis. 739. resoluit Gonsales dicta glossa. 8. numer. 13. Pro qua resolutione facit

Salzed. Henriq. Soar.

L. Cū prator ff. de in dic.

C. Nonne. de præsup.

Trid.

13.

Glos. Clem. 1. de sup pl. neglig. praelat. Feder. Nauar. Azor. Flamin.

Garc.

Gonsal.

textus



textus in dicto cap. *Cum de beneficio*,  
de præbendis in 6. & in dicta *Cle-*  
*Clemēt. 1. de supp. ne* *mentina. 1. de supplenda negligentia*  
*glig.* cū similibus, ex quibus supra, in prin-  
cipio quæstionis præcedentis resol-  
uimus, summam beneficiorum om-  
nium diuisionem esse, quod alia sunt  
secularia, alia regularia, quæ adæ-  
quata non esset, neque æqualiter fie-  
ret in membra diuidentia, si regula-  
ria, non essent vere beneficia. Con-  
firmatur etiam, quia supra quæstio-  
nibus præcedentibus ostendimus hu-  
iusmodi Prioratus Regularium non  
solum esse beneficia, sed etiam ec-  
clesiasticas dignitates; & quia de præ-  
ceptorij ordinum Militarium agen-  
tes resolvimus, vere, & proprie bene-  
ficiarios esse eorum ordinum cleri-  
cos, quibus Ecclesiæ gubernandæ  
committuntur.

14.

*Duar.*  
*Quintana.*  
*Fr. Eman.*  
*Garc.*  
*Gambar.*

Verum partem negatiuam, quod  
omnia beneficia regularia, vere non  
sint beneficia ecclesiastica, tenet *Du-*  
*arenus*, *Quintanaduen.* & *Frater Em-*  
*manuel* citati à *Garcia* d. cap. 2. n. 70.  
*Gambara* de officio legati lib. 4. à n.  
8. cum sequentibus. Et ostenditur ea  
ratione, quia de beneficii ecclesiasti-  
ci natura est, quod sit perpetuum, vt  
suprà sæpiùs diximus; constat autem  
administrationes istas, & omnia be-  
neficia regularia manualia esse, id est  
ad nutum remouibilia ex decisione  
text. in d. cap. *Cum ad monasterium*, §.  
*Tales*, de statu monach. & in cap. 1. §.  
*In eos*, de priuilegijs in 6. ibi, *Liberè*  
*possint ad eadem monasteria reuocari*, &  
in d. *Clement. 1. vers. Permissa*, de sup-  
*pl. negligēt. prælatorum*, & ex *Cas-*  
*sadoro*, & pluribus alijs, *Rotæ* deci-  
sionibus, receptissimum profitentur,  
*Garcia* dicto cap. 2. numer. 66. *Gon-*

*C. 1. de pri-*  
*uileg. in 6.*

*Cassador.*

*Garc.*

*saes* glossa. 5. §. 6. à numer. 6. *Urget* *Gonsal.*  
A deindè fortius proxima resolutio,  
quod monachus, dici non potest,  
ecclesiasticum beneficium, quia non  
supponit portionem aliquam reddi-  
tuum ecclesiastic. separatam, quam  
beneficiarius sibi acquirat, siquidem  
monachi domini, & proprietatis sunt  
incapaces, quod etiam concludit in  
his, qui nõ simpliciter monachi sunt,  
sed administrationem prioratum, vel  
aliud habent ecclesiasticum benefi-  
cium, ex *Navarro* dicto numer. 4. & *Navar.*  
B multis latè, nouissimè comprobatur  
*Cenedo* quæstionum *Canonicarum* *Cened.*  
cap. 20. à numer. 25. Qua ratione  
Religiosos dici non posse habere be-  
neficia iure tituli, vt dominos bene-  
ficiorum, sicut seculares, sed solum  
iure administrationis fatetur idem *A-*  
*zor* dicto cap. 26. quæst. 2. & ex mul-  
torum, quos refert auctoritate, sic  
concludit *Cenedo* dicto cap. 20. nu-  
mer. 31. *Azor.*

Sed pro resolutione distinguere  
oportet duo, quæ in hoc articulo lon-  
ge diuersa sunt, licet necessariam ha-  
bere connexionem aliquibus videri  
posset. Aliud enim est quærere, v-  
trum beneficia regularia, quoad se  
vera sint beneficia? Aliud vero vtrum  
regulares ea obtinentes verè sint be-  
neficiarij? ita vt qualitas personæ ali-  
quid detrahat de beneficii natura.  
Quoad primum benè procedit pri-  
ma sententia eorum, qui resoluunt  
beneficia regularia vere esse benefi-  
cia, & beneficiorum appellatione ve-  
nire, idq; solum concludit argumentū  
factum ex generali beneficiorum di-  
uisione, quod alia sint seularia, alia  
regularia. Quoad secundum est ni-  
hilominùs resoluendum regulares,

15.



ratione personæ vere beneficiarios non esse, neque eis dari huiusmodi beneficia in titulum, & velut dominis, sed solum iure administrationis, vt fatetur ipse Azor dicta quæst. 2. & latè comprobat Cenedo ex aliorum auctoritate, d. num. 31. propter votum scilicet paupertatis, cum quo non stat, vt beneficij, vel eius reddituum titulum, vel dominium sibi, vt domini acquirant; repugnat etiam obedientiæ voto, vt administrationem retinere valeant, nisi quatenus permiserit, seu reuocauerit prælatus, & ideo beneficia, quæ de se perpetua sunt, ex persona regularium fieri manualia, ex dicta decisione Rotæ nouissima. 739. & multis alijs concludit Gonfals dicta glossa. 5. §. 6. num. 31.

Gonfal.

16.

Dominic.  
Franc.Cov.  
Molin.Sarmient.  
Marfil.Cened.  
Nauar.

Valasc.

Quare ex dictis aduertendum est, maximam differentiam dari quoad acquisitionem domini reddituum beneficiorum; inter regulares, & sæculares; nam sæculares eorum domini fiunt, vt argumento text. in dicto cap. unico, de clericis non residentibus in 6. notant ibi Dominic. Francus, & alij; ex quibus ita constanter tuentur Couasruuias in cap. *Cum in officijs*, num. 4. de testamentis, Molina de primogenijs libr. 2. cap. 10. nu. 34. Sarmiento de redditibus 4. part. cap. 6. latissimè Marsilius eodem tractatu, cap. 2. cum sequentibus, vbi cap. 34. & 35. connumeratis auctoribus hanc concludit esse communem, quam sequuntur plures alij relati à Cenedo secunda parte, collectaneo. 12. numer. 51. quanuis Nauar. contrariam sententiã tenendam putet, Valasc. de partitionibus, cap. 35. numero. 4. ex plurium auctoritate.

Per contrarium verò Regulares reddituum beneficiorum dominium nõ acquirunt, sed solum eorum habent administrationem, ex permisso, & ad nutum superioris, vt ex iuribus præcitatatis post Abbatem in capite, *Cum Ioannes*, num. 6. de Regularibus, Iacob. de Graph. 2. part. libr. 3. cap. 19. à num. 26. & 91. multisque alijs explicat Cened. dicto cap. 20. num. 31. Sic intelligens dictum Cardinalis in *Clementina 2. §. Sed & tales*, notabili primo de vita, & honestate clericorum, & aliorum, qui cum sequuntur, quos ibi latè refert numer. 29. versic. *Nec secundo*, asserentium regulares eandem habere potestatem disponendi de redditibus suorum beneficiorum Regularium, quam habent clerici sæculares disponendi de suis redditibus in quoscunque vsus iure non prohibitos, vt scilicet intelligantur ex permisso Abbatis, seu legitimi superioris, quia parati sunt ea omnia dimittere quoties, & quando prælatus iusserit. Et hinc ad textum in dicto cap. *Cum olim*. 14. de priuileg. infertur intellectus pro resolutione maximæ difficultatis, quam textus ille patitur in versiculo *Prætereà*, quatenus negat valuisse donationem, quã M. Episcopus Colimbriensis fecit Monasterio Sanctæ Crucis, in quo extiterat regularis Canonicus; cum enim Episcopo, & alijs Beneficiarijs de redditibus suorum beneficiorum donare prohibitum non sit, vel aliter per actus inter viuos disponere ex dictis, & Glossa, verbo, *reseruari*, in cap. ultimo de officio ordin. in 6. recepta communiter secundum Couasruu. in capite 1. numer. 1. de testamentis, & approbat totus mundus, teste

Abb.  
Iacob. de  
Graph.

Cened.

Clement. 2.  
de vita &  
bon. cler.

17.

C. Olim.

Gloss. cap.  
ult. de offi  
cio ord. in  
6.  
Cov.



*Molina.  
Fachin.  
Pa. Mol.*

teste Molin. d. cap. 10. num. 33. & post eum Fachineus controuersiarum iuris libr. 5. cap. 89. Pater Molina de iustitia, disputatione 148. conclusione 4. potius videbatur dicendum donationem illam valuisse; sed omisis varijs aliorū interpretationibus, quas consulto omitto, dicendum est doctrinam hanc Glossæ, & communis rectè procedere in Episcopis, & prelatiis, qui Religiosi non sunt; textum verò illum obtinere locum in regularibus, qui sicut antea quicquid acquirebant, non sibi, sed monasterio acquirebant, ita facti Episcopi, vel beneficium obtinentes non sibi acquirunt, sed monasterio, si ex industria, vel aliundè adquisierint, vel eum ex cuius redditibus acquirunt, vt contingit in casu illius textus; prosequere eum Doctoribus supra citatis.

18.

Vltimò in hac materia prænotandum est, meritò Doctores communiter regularibus beneficijs, tribuere effectus, qui beneficijs propriè sumptis tribui solent, & leges de beneficijs simpliciter loquentes trahunt ad beneficia regularia. Probat ex supra resolutis illatione secūda, vbi diximus huiusmodi regularia beneficia, quoad se vera esse beneficia, & in primis notant etiam in his regularibus procedere regulam 1. lib. 6. vt scilicet sine Canonica institutione nequeant obtineri, vt ex Calderino, Dominico, & alijs probat Gonsales dicta Glossa 8. numer. 58. & indè si religiosus beneficio regulari ab aliquo tertio fuerit spoliatus, non à legitimo superiore, iuuari posse interdicto recuperandæ, vel remedio capitis redintegrandæ. 3. quæst. 1. ex Ro-

*Calder.  
Dominic.  
Gonsal.*

*C. redinte  
grād. 3. q. 1*

ta, Rebuff. & alijs receptum comprobabat Gonsal. Glossa. 5. §. 6. num. 50. Sic reseruatō mensium Apostolicorum regularia comprehendit, vt ex communi comprobatur idem Gonsal. dicta glossa 8. num. 12. cum sequentibus, atque etiam regula de publicandis, & alia de infirmis resignantibus, vt ibi comprobatur num. 14. & 15. Sic denique decisio, & pœna text. in cap. de multa, de præbendis contra obtinentes plures dignitates, aut Ecclesias, quibus Cura imminet animarum, comprehendere regularia beneficia, deducitur ex cap. vltimo, in fine de Religiosis domibus, iuncto cap. Cum singula, in principio, de præbendis in 6. testatur communem Hoyeda de incompatibilitate 1. p. cap. 22. num. 13. multa alia de beneficijs regularibus, vide apud Gonsal. dicta glossa. 8. per totam, Cardin. Tuscum tomo 1. litera B. conclus. 67. Garcia dicta part. 7. cap. 10. vbi latissimè explicant materiam illam, an, & quibus casibus beneficia regularia sæcularibus, vel è contra sæcularia regularibus possint prouideri, cum illis prosequere; materiam enim latissimè pertractant. Vnum adde omnibus supra dictis, quod non omnia regularia sunt manualia, & ad nutum Abbatis remouibilia, vt de ijs, quæ per electionem Collegij prouidentur, vel in quibus cura imminet parochialis Ecclesiæ, Doctores notare solent, quia hæc à solo Episcopo demandantur, ac subindè institutio ad eum non ad Abbatem pertinet; vt explicant Azor dicto cap. 26. quæstion. 10. atque etiam in alijs casibus similibus, de quibus post Gambaram, Gonsales d. glossa. 5. §. 6. n. 8.

**A** ta, Rebuff. & alijs receptum comprobabat Gonsal. Glossa. 5. §. 6. num. 50. Sic reseruatō mensium Apostolicorum regularia comprehendit, vt ex communi comprobatur idem Gonsal. dicta glossa 8. num. 12. cum sequentibus, atque etiam regula de publicandis, & alia de infirmis resignantibus, vt ibi comprobatur num. 14. & 15. Sic denique decisio, & pœna text. in cap. de multa, de præbendis contra obtinentes plures dignitates, aut Ecclesias, quibus Cura imminet animarum, comprehendere regularia beneficia, deducitur ex cap. vltimo, in fine de Religiosis domibus, iuncto cap. Cum singula, in principio, de præbendis in 6. testatur communem Hoyeda de incompatibilitate 1. p. cap. 22. num. 13. multa alia de beneficijs regularibus, vide apud Gonsal. dicta glossa. 8. per totam, Cardin. Tuscum tomo 1. litera B. conclus. 67. Garcia dicta part. 7. cap. 10. vbi latissimè explicant materiam illam, an, & quibus casibus beneficia regularia sæcularibus, vel è contra sæcularia regularibus possint prouideri, cum illis prosequere; materiam enim latissimè pertractant. Vnum adde omnibus supra dictis, quod non omnia regularia sunt manualia, & ad nutum Abbatis remouibilia, vt de ijs, quæ per electionem Collegij prouidentur, vel in quibus cura imminet parochialis Ecclesiæ, Doctores notare solent, quia hæc à solo Episcopo demandantur, ac subindè institutio ad eum non ad Abbatem pertinet; vt explicant Azor dicto cap. 26. quæstion. 10. atque etiam in alijs casibus similibus, de quibus post Gambaram, Gonsales d. glossa. 5. §. 6. n. 8.

*Rebuff.*

*C. de multa  
de præbendis.*

*Cap. vlt.  
de religio.  
domib.*

*Cap. Cum  
singula, de  
præb. in 6.*

*Hoyeda.  
Gonsal.  
Tusc.  
Garcia.*

19.

*Azor.*

*Gambar.  
Gonsal.*



20. Ex dictis tamen aduerte beneficia ecclesiastica, laicis minimè conferri posse, vel aliter prouideri. Probatur ex vltima particula definitionis beneficij ecclesiastici suprà positæ, ibi, propter officium spirituale; eius enim omnino incapaces esse laicos, constat ex generali regula textus, in cap. *Bene quidem*, & per totam 96. dist. & in cap. *Sacrosancta*, de electione, & in cap. *Ecclesia Sancta Maria*, de constitutionibus, & quæ notantur per textum ibi in cap. *Causamque*, de præscriptionibus, & in capite 2. de iudic. Ex quibus ita ad hanc nostram illationem, deducunt scribentes omnes, & in institutione probat text. in cap. 2. de institutionibus; in præsentatione text. in cap. 2. eodem titulo in 6. in renunciatione text. in cap. *Quod in dubijs*, de Renunciat. latè Flamin. lib. 4. quæst. 2. & generaliter in impetratione beneficij, text. in cap. *Cum adeo*, de Rescriptis, & in cap. *Ex literis*, de transactionibus, & vltra ordinarios eisdem locis, post Rebuffum, Lambert. Seluam, Gigas, & alios receptissima est traditio, quam latè explicant Corras. 3. part. de sacerdote, cap. 1. Petrus Gregorius rei beneficiariæ, cap. 9. num. 7. Hoyeda de incompatibilitate 1. p. cap. 24. numer. 7. latè Gonfales glossa 2. à num. 60. & plures alij, de quibus Garcia 1. part. cap. 2. num. 28. & p. 7. cap. 1. à principio, & omnino à num. 9. quibus adde Antonium Fabricium prælud. 2. nu. 44. Tuscus d. litera B. conclusion. 56. Azor p. 2. libr. 6. cap. 2. quæstione 5. Stephanus Gratianus de ceptionibus forensium, par. 1. cap. 123. numer. 17. vbi notabiliter, ampliat post Gomez Selua, Mandos. & alij non valere col-

Cap. Bene quidem. 96. dist.  
C. Sacrosancta. de elect.  
C. Ecclesia Sancta Maria. de constit.  
C. 2. de instit.  
Ca. 2. eodẽ lib. 6.  
C. Quod in dubijs, de Renunc.  
Flamin.  
Cap. Cum adeo, de rescript.  
C. Ex literis, de trans action.  
Rebuf.  
Lambert.  
Selua.  
Gigas.  
Corrat.  
Pet. Greg.  
Gonfal.  
Garc.  
Fabric.  
Tusc.  
Azor.  
Gratian.  
Gom.  
Mandos.

lationem laico factam, etiam si clericus fuerit reputatus.

A  
Intelliges autem sufficere ad hunc effectum, quod primam obtineat tonsuram, iuxta textum in dicto cap. *Ex literis*, de transactionibus, vbi notauit Abb. num. 3. Rebuf. in praxi, titulo de requisitis ad collationem bonam nu. 33. Corras. d. p. 3. cap. 1. & infiniti adducti à Garcia d. cap. 1. num. 2. rationem adducunt ex regula textus in cap. *Cum contingat*, de ætate, & qualitate; nisi beneficium tale sit, quod sacros ordines requirat, vt de Episcopatu probat textus in cap. *à multis*, de ætate, & qualitate. Vel nisi ex erectione, seu creatione beneficii, vt in Capellis est frequentissimum, oporteret eligi sacerdotem; de qua materia, & vtrum ad hunc effectum sufficiat, quod in creatione dicatur quod Missam debeat per se ipsum celebrare, disputant multi, quos plenè refert Garcia d. p. 7. cap. 1. à num. 58. & 75. post Perez de Lara in anniuersariis, & capellaniis libr. 2. cap. 5. adde Stephanum Gracianum dicta p. 1. cap. 133. vel nisi prima tonsura initiatus, vel etiam in minoribus ordinibus constitutus, fuerit coniugatus, quia quoad hunc effectum obtinendi beneficium, siue curatum, siue etiam simplex, vt laicus, & ideò inhabilis debet reputari, iuxta textum in cap. 2. & in cap. *Diuersis fallacijs*, & in cap. *Cum decorem*, & ferè per totum titulum de clericis coniugatis. Et confirmatur ex cap. *unico* in fine, eodem titulo in 6. dum generaliter constituit, excepto priuilegio fori, & Canonis, de quo in præcedentibus dixerat; in cæteris omnibus nullo gaudere clericali priuilegio. Ex quibus ita notant Doctores

B  
C  
D

22.

C. Ex literis de trans action.  
Abb.  
Rebuf.  
Corrat.  
Garc.  
Cap. Cum contingat. de æta. & qualit.  
C. a mult.  
23.

24.

Garcia.  
Lara.  
Step. Gracian.

25.

Cap. 2.  
C. Diuersis fallac.  
C. cum decorem, de cler. coni.  
C. vnic. eodem tit. in 6.

res



*Bened. Ca pr.*  
*Hoyed.*  
*Sanch.*  
*Gonsal.*  
*Flamin.*  
*Lefius.*  
*Lambert.*  
*Garc.*

res communiter, & post Benedictum Capram, & alios, latè probat Hoyeda dicto cap. 24. num. 79. Sanch. de matrimonio lib. 7. disputat. 42. à nu. 14. Gonsal. glossa 2. numer. 68. Flamin. Lefius, Lambertia. & alij, quos refert, & explicat Garcia dicta p. 7. cap. 5. per totum; non posse etiam Vicarium Episcopi constitui resolutis communis, vt per Sanch. dicta disput. 46. num. 14. vbi ad multa alia in eodem proposito discurret; indeq; licet multi existiment, Episcopum dispensare posse cum coniugato ad simplex beneficium obtinendum. Melius tamen contrarium resoluit communis, vt vtriusque partis Auctores, & fundamenta referens comprobat Hoyeda à num. 77. Sanch. à numer. 17. Gonsal. numer. 69. Garcia num. 4. proximè citatis locis, contra quos non facit textus in cap. *Ioannes*, de clericis coniugatis. Nam dum supponit coniugatum posse beneficium obtinere, non explicat, quo casu loquatur, neque de Episcopi dispensatione, vllum habet verbum, & ideò oportet supponere terminos habiles, vel dispensationis Pontificis, vt voluit Sanch. numer. 18. vel quia vouit perpetuam castitatem, iuxta terminos text. in cap. 2. versic *Nisi*, eodem titulo, quem benè explicat Sanches ibi num. 16. & concludit Petrus Gregor. rei beneficiariæ, cap. 25. num. 4. Et vtrum sufficiat, quod proximè prima tonsura sit initiandus, disputant ad vtrâque partem Auctores, negatiuè magis communiter resoluentes, vt per Garciam dicto cap. 1. à n. 26. Azor d. quæst. 5.

*Garcia.*  
*Azor.*  
 28.

Quibus tamen omnibus obstat, quod foemina omnino sunt incapaces officij spiritualis, vt suprâ diximus, cap. *Noua*, de pœnitent. & ideo, tensurari, seu aliquo ordine insigniri omnino prohibentur, cap. *Coniugatus*, ad finem de conuers. coniugatorum, & ideo ex lege diuina, neque ordines, neque consequenter irregularitatem in eas cadere, aduertunt post Sotum, & alios Henriq. libr. 14. cap. 2. Soarez tomo. 5. disputat. 40. sect. 7. Sairo de censuris lib. 6. cap. 2. num. 2. Viuald. in aureo candelabro 3. p. cap. 3. & tamen etiam foeminas beneficia ecclesiastica obtinere, dignitatem scilicet vt Abbatissas probat textus in cap. *Indemnitatibus*, §. *Sanè*, de electione in 6. Canonicas sæculares esse, ad instar Canonorum secularium vitam ducetes, probat textus ibi in §. *Supradicta*, & in *Clementina vltima*, §. *Illas*, de statu monach. Sed respondebis huiusmodi Abbatissas, & Canonicas verè beneficium ecclesiasticum non obtinere, sicut, licet aliquando præbyteræ, & Diaconissæ appellentur, vt suprâ vidimus; non tamen recipiunt aliquod ordinis sacramentum, sed solû quandam rerum monasterij administrationem, & curam præcipuam super alias moniales, vel munus legendi Epistolas, & Euangelium, vt explicat Glossa in cap. *ultimo*. 32. dist. Soto in 4. dist. 20. quæst. 1. articul. 4. conclusione 3. optimè Antonius Fabricius titulo de beneficijs, tam mulierum, quàm virorum à num. 6. & omnino à num. 29. vbi ad praxim varias prosequitur differentias, inter beneficia virorum, & mulierum, quæ omnino vide.

ces officij spiritualis, vt suprâ diximus, cap. *Noua*, de pœnitent. & ideo, tensurari, seu aliquo ordine insigniri omnino prohibentur, cap. *Coniugatus*, ad finem de conuers. coniugatorum, & ideo ex lege diuina, neque ordines, neque consequenter irregularitatem in eas cadere, aduertunt post Sotum, & alios Henriq. libr. 14. cap. 2. Soarez tomo. 5. disputat. 40. sect. 7. Sairo de censuris lib. 6. cap. 2. num. 2. Viuald. in aureo candelabro 3. p. cap. 3. & tamen etiam foeminas beneficia ecclesiastica obtinere, dignitatem scilicet vt Abbatissas probat textus in cap. *Indemnitatibus*, §. *Sanè*, de electione in 6. Canonicas sæculares esse, ad instar Canonorum secularium vitam ducetes, probat textus ibi in §. *Supradicta*, & in *Clementina vltima*, §. *Illas*, de statu monach. Sed respondebis huiusmodi Abbatissas, & Canonicas verè beneficium ecclesiasticum non obtinere, sicut, licet aliquando præbyteræ, & Diaconissæ appellentur, vt suprâ vidimus; non tamen recipiunt aliquod ordinis sacramentum, sed solû quandam rerum monasterij administrationem, & curam præcipuam super alias moniales, vel munus legendi Epistolas, & Euangelium, vt explicat Glossa in cap. *ultimo*. 32. dist. Soto in 4. dist. 20. quæst. 1. articul. 4. conclusione 3. optimè Antonius Fabricius titulo de beneficijs, tam mulierum, quàm virorum à num. 6. & omnino à num. 29. vbi ad praxim varias prosequitur differentias, inter beneficia virorum, & mulierum, quæ omnino vide.

Ex prædicta etiam definitione, & omnibus proximè resolutis, fit consequens,

*C. Noua de pœnit.*  
*C. Coniugatus.*

*Sot.*  
*Henriq.*  
*Soar.*  
*Sairo.*  
*Viuald.*

*C. indemnitatib. de elect. in 6.*

*Clem. vlt. de stat. monach.*

*Gloss. cap. vlt. 32. d.*

*Fabric.*



sequens, sicut laico, ita nec à laico beneficia ecclesiastica conferri, licet aliter prouideri possit. Probatur, quia sicut ius spirituale à laico obtineri nō potest, iuxta dict. cap. *Causam qua*, de præscriptionib. ita etiam à laico tribui, aut conferri non potest, iuxta d. cap. *Bene quidem*, d. cap. *Sacrosancta*, cum similibus. Ex quibus hanc illationem probat textus in dicto capite *Quod in dubijs*, & in d. cap. *Massana*, explicant Corras. i. part. cap. 2. n. 4. in fine, Fabricius dicto numero. 44. Azor dicto libr. 6. cap. 25. quæst. 19.

C. *Causa*.  
de *preser.*  
Cap. *Bene*  
*quidem*.  
C. *Sacro-*  
*sancta*.  
C. *Quod in*  
*dubijs*.  
C. *Massa-*  
*na*.  
Corras.  
Fabric.  
Azor.

Cardinal. Seraphim, Oliuar. decisio-  
ne 1382. Cardinal.  
Seraphim.  
Oliuar.

Et hæc pro tertia Relectionis parte, de gradibus ratione dignitatis officij, & beneficij dixisse sufficiat, reliquos, respectu administrationis, siue rerum sacrarum, siue Ecclesiasticarum temporalium, siue piarum actionum, & locorum, cum tantæ considerationis non existant, duximus omittendos; cum etiam affatim in proœmialibus quæstionibus discussum relinquamus.



F I N I S.

✂ Errata grauiora, sic corrige. ✂

Pag. 9. col. 2. linea 39. Præsbyteri, lege Præsbyterij. Pag. 18. col. 1. lin. 9. videtis, lege videbis. Pag. 26. col. 2. in titulo. adducti. lege adductis. Pag. 55. col. 2. lin. vltima procedens, lege procedunt. Pag. 77. col. 1. lin. 2. æstimetur, lege æstimentur. Pag. 80. col. 2. lin. 38. Prima. præpone, neque pro prima. Pag. 81. col. 2. lin. 39. quod quanuis, dele quod. Pag. 86. col. 1. lin. 1. Durandum, adde contra Durandum. Pag. 86. col. 2. lin. 10. veniali, lege mortali. Pag. 91. col. 2. lin. penult. vacui, lege pleni. Pag. 130. col. 2. lin. 8. similiter, lege quod prior. Pag. 249. col. 2. lin. 7. Episcopi. lege Apostoli. Pag. 249. col. 2. lin. 22. Extraordinario, lege ex ordinario. Pag. 251. col. 1. lin. 40. ab vnitare, lege à bonitate. Pag. 255. col. 2. lin. 1. ministri, lege ministris. Pag. 56. col. 1. lin. 34. Notæ, lege Rotæ. Pag. 70. col. 2. lin. 6. Roticū, lege Zoticum. Pag. 56. col. 2. lin. 4. Defensarij, lege Pensionarij. Pag. 166. col. 2. lin. 39. Tandē per 72. lege per 27. Pag. 362. col. 1. lin. 27. primus, lege prima. Pag. 365. col. 1. lin. 12. etiam præsbyteros præpone in præsbyteros. Pag. 366. col. 1. lin. 6. locate, lege locare. Pag. 365. col. 2. lin. 20. sententiam ferre, adde excommunicationis. Pag. 368. col. 1. lin. 1. Præsbyterorum, lege Archipresbyterorum. Pag. 373. col. 1. lin. 10. sonebat lege sonabat. Pag. 374. col. 2. lin. 20. Præpositis, lege Præpositi. Pag. 377. col. 2. lin. 6. id, adde id est. Pag. 380. col. 1. lin. 21. contra, lege contraria. Pag. 384. col. 1. lin. 33. perrinere, lege pertinere. Pag. 387. col. 2. lin. 9. cap. de iudicijs, præpone cap. 2. de iudic. Pag. 390. col. 1. lin. 33. eius, lege ius.



INDEX RERVM,

QVÆ IN HOC OPERE  
CONTINENTVR.

**A.**  
*Aaron. 1.*  
**A**ron & successores quam dignitatem, & de quo iure habuerint? disput. 6. §. 1. num. 13.  
*Abbas. 2.*  
Abbatis dignitas, & iurisdictio quenam sit? quest. 2. proœm §. 2. n. 16.  
Abbas vnde diriuetur? disp. 13. §. 2. n. 1.  
Abbatibus non solum in monasterijs, sed etiam in secularibus Ecclesijs reperiuntur. disp. 13. §. 2. n. 2.  
Abbatibus in secularibus Ecclesijs quomodo cognoscantur? disp. 13. §. 2. n. 3.  
Abbatibus in dignitate sunt constituti. disp. 13. §. 2. n. 4.  
Abbas qui conuentui præest, an canonicis Cathedralium debeat anteferri? disp. 12. §. 6. n. 28.  
Abbatissæ quam potestatem in spiritualibus habeant? disp. 8. §. 2. n. 26.  
Abbatissæ possunt obligare sub mortali suis præcepis. disp. 8. §. 2. n. 27.  
Abbatissæ non habent iurisditionem ad ferendas censuras. disput. 8. §. 2. n. 28.  
*Absolutio. 3.*  
Ad absoluendum valide in foro Pœnitentiæ præter potestatem ordinis, requiritur iurisditionis. disp. 8. §. 5. n. 18. Et quomodo illa cõferatur? ibid. n. 19.  
Absolutio à solis venialibus, & mortalibus semel rite confessis, quibus sacerdos potest valide absoluere. disp. 8. §. 5. n. 22.  
In articulo mortis à quolibet simplici sacerdote dari potest absolutio ab omnibus peccatis, & censuris etiam reseruatissimis: & vnde id proueniat? disp. 8. §. 6. n. 24.  
Iurisdictio ad absoluendum, & auferri, & extendi, & diminui ab Ecclesia potest. ibid. n. 25.  
*Acolythus. 4.*  
Acolythi nomen vnde? disp. 11. §. 4. n. 1.

Acolythus etiam ceroferarius appellatur. ibid.  
Acolythi officium. ibid.  
Opinio Durandi circa ordinationem Acolythi. ibid. n. 2.  
Opinio Bonauent. circa eandem ordinationem. ibid. n. 3.  
Præcipuum ministerium Acolythi quale sit? ibid.  
*Actores. 5.*  
Actores in Ecclesia, quo munere fungantur? q. 2. proœm. §. 5. n. 14.  
*Æditui. 6.*  
Æditui, siue Æditimi quod munus agere debeant? q. 2. proœm. §. 5. n. 16.  
*Æthiopia. 7.*  
Æthiopia quos habeat Patriarchas? disp. 4. §. 3. n. 2.  
*Anabaptista. 8.*  
Regimen omne politicum euertunt. q. 1. proœm. §. 1. n. 2.  
*Apostoli. 9.*  
Apostolorum, & Discipulorum Christi differentia. q. 1. proœm. §. 5. n. 5.  
Apostoli omnes à Christo D. & sacerdotes, & Episcopi ordinati. disp. 1. §. 6. n. 3. Præter Matthiam, & Paulum. n. 4.  
Apostoli omnes an potestatem iurisditionis à Christo immediatè acceperint? disp. 1. §. 6. n. 14.  
Apostoli inferiores Petro & subditi fuerunt iurisditione. disp. 1. §. 6. n. 15.  
Apostoli an fuerint subditi alterius Pontificis successoris Petri? ibid. n. 20.  
Apostoli in Cœnæ nocte Episcopi à Christo instituti. disp. 6. §. 1. n. 7.  
Apostolis potestas episcopalis completa data post Resurrectionem. ibid.  
Apostolis quomodo successerunt Episcopi? ibid. n. 8.  
Apostoli habuerunt potestatem delegatam, & ordinariam, & conditiones vtriusque. disp. 6. §. 1. n. 8.  
Apostoli omnem suam potestatem à Christo



## Index Rerum.

- immediatè acceperūt. d. 6. §. 4. n. 9. & 13.  
**Apostolorum iurisdictio in quo differret à iurisdictione Episcoporum?** disp. 6. §. 4. n. 16.  
**Apostoli potestate à Christo accepta Episcopos constituebant, Ecclesias erigebant.** ibid. n. 17.  
     *Archiepiscopi.* 10.  
**Archiepiscoporum nominis ethymologia.** disp. 5. in cap.  
**Archiepiscopi à quo instituti, & in què finè, & vbi præessent?** ibi §. 1. n. 2. & 3.  
**An Metropolitanis differant ab Archiepiscopis?** ibid. n. 4.  
**Archiepiscopis respõdebant Romæ Archiflamines.** ibid. n. 5.  
**Archiepiscopi in Hispania Magnates inter numerantur.** ibid. n. 6.  
**Archiepiscopi in sua Diœcesi habent eã potestatem, quam Episcopi in suis sedibus habent.** disp. 5. §. 2. n. 2.  
**Consecratio Archiepiscoporum in quo differat ab Episcoporum consecratione?** ibid. n. 3.  
**Archiepiscopo quam opus sit Pallio, & quid illud sit?** ibid. n. 4. 5.  
**Archiepiscopis quæ iurisdictio competat in suos suffraganeos?** ibid. n. 7.  
**Quæq; itè in subditos eorundè.** ib. n. 10.  
**Archiepiscopi mediij inter Patriarchas, & Episcopos.** q. 2. proœm. §. 2. n. 4.  
**Archiepiscopi ab Archiflaminibus dicti.** q. 2. proœm. §. 2. n. 4.  
**Archiepiscopi an differant à Metropolitanis?** ibid.  
**Archiepiscopus in causis subditorum suffraganei per appellationem ad se deuolutis habet iurisditionem. Et itè eas cuiunque subdito suffraganei sui delegare.** disp. 5. §. 2. n. 10.  
**Quomodo hæc potestas sit arctata?** ibid. n. 11.  
**Quid vltèrius ei ademptum in hac cognitione per appellationem?** ib. n. 12.  
**An possit Archiepiscopus inter subditos suffraganei iurisditionem exercere quando ad illum causa per simplicem querelã deuoluitur?** ibi. n. 13.  
**An etiam valeat per viam nullitatis?** ibid. n. 14.  
**Vtrum saltem possit, quando ipsi subditi illius se iudicio sponte submitunt?** ibid. n. 15.  
**Et quid resoluendum quando prætextu cõsuetudinis id agere posse videtur.** ib. n. 16. & 17. vbi hoc clare deciditur.  
**Archiepiscopus habet iurisditionem in subditos suffraganeorum, quando ipsi negligunt facere quæ debent.** ibid. n. 19. Ampliatur hæc potestas. ibid. n. 21. Limitatur. ibid. & n. 22.  
**Archiepiscopus in casu iniustæ excommunicationis subditorum suffraganei quid possit? latè disputatur, & ostenditur.** disp. 5. §. 2. n. 23. ad 30. Vide verbum Metropolitanus.  
     *Archidiaconi.* 11.  
**Archidiaconi dignitas, & potestas, & officium.** q. 2. proœm. §. 2. n. 8.  
**Archidiaconi oculi Episcoporum dicti.** q. 2. proœm. §. 2. n. 8. & d. 12. §. 1. n. 1.  
**Archidiacono qui pareant in Ecclesia?** q. 2. proœm. §. 5. n. 3. & 5.  
**Archidiaconi dignitas post episcopale.** disp. 12. §. 1. n. 1.  
**Archidiaconi Episcoporum vicarij appellantur.** ibid.  
**Archidiaconorum institutio.** ibid.  
**Archidiaconi munus de iure communi quale?** ibid.  
**Archidiaconus Leuitis, & Diaconibus imperat.** disp. 12. §. 1. n. 3.  
**Archidiaconus Archipresbytero præest.** ibid.  
**Quæ pertinent ad Archidiaconum cum Episcopus sacris operatur.** disp. 12. §. 1. n. 7.  
**Archidiaconus vasa diuinis Ecclesiæ vsibus dicata sedulo custodiebat.** ibi. n. 8.  
**Archidiaconi illos, qui promouebantur ad ordines examinabant.** ibid.  
**Archidiaconi munus circa eos qui præficiébantur Ecclesijs.** ibid. Itè circa pecuniã Ecclesiæ causa pietatis datã. ib.  
**Ad Archidiaconum spectabat prælatos in sede locare, ac possessionem beneficiorum clericis dare.** ibid.  
**Archidiaconi iuxta Tridèt. debent esse magistri in Theologia, seu Doctores,**  
aut



## Index Rerum.

- aut Licentiati in iure canonico. disp. 12. §. 1. n. 9.
- Archidiaconi potestas de iure communi, consuetudine euasit. ibid.
- Archidiaconi obligatio circa gradum Doctoris, aut Licentiati per consuetudinem sublata. ibid. n. 10.
- Archidiaconi an iudices delegati, aut conseruatores Apostolici fieri possint? ibid. n. 11.
- Archidiaconi an potestatem habeant ferendi sententiam excommunicationis? ibid. n. 12.
- Archiflamines. 12.*
- Archiflamines inter Romanos qui sacerdotes essent? disp. 5. §. 1. n. 5. & q. 2. proœm. §. 2. n. 4.
- Archipresbyteri. 13.*
- Archipresbyteri qui sint, & qua differentia? q. 2. proœm. §. 2. n. 9.
- An differant à Decanis? q. 2. pr. §. 2. n. 9.
- Archipresbyter primus presbyterorū dictus. disp. 12. §. 2. n. 1.
- Diuisio Archipresbyterorum in Urbanum, & Ruralem. ibid.
- Archipresbyter Ruralis. ibid. n. 3.
- Archipresbyter Urbanus. ibid. n. 4.
- Archipresbyteri quæ possint ratione dignitatis, & officij? ibid. n. 5.
- Archipresbyter in spiritualibus Vicarius Episcopi appellatur. ibid.
- Archipresbyter in diuinis superest Archidiacono. ibid. n. 7.
- Archipresbytero cura sacerdotum, & Leuitarū demādatur. disp. 12. §. 2. n. 8.
- Archipresbyteri à plebe Decani nuncupantur. ibid. n. 9.
- Archipresbyteri dignitas an sit post Pontificalem? ibid. n. 10.
- Archipresbyteri Urbani dignitatē gerunt, & possunt esse iudices delegati, atq; cōseruatores apostolici. ib. n. 11.
- Aristocratia. 14.*
- Aristocratia quid, quæ eius utilitas? q. 2. proœm. in cap. n. 8.
- Aristocratia in regimine Ecclesiæ etiam inuenitur. ibid. n. 9.
- Armenia. 15.*
- Armenia Patriarchæ qui, & quales? disput. 4. §. 3. n. 1.
- Afissij. 16.*
- Afissiorum nomen, & officium vnde & quale? q. 2. proœm. §. 4. n. 12.
- Auditores. 17.*
- Auditores Papæ cuius generis, & differentia sint? q. 2. proœm. §. 4. n. 15.
- B.**
- Baculum. 1.*
- Baculum in Episcopis quid significet? disp. 6. §. 1. n. 4.
- Baculi traditio non est de essentia ordinationis Episcopi. disp. 6. §. 2. n. 7.
- Baptismus. 2.*
- De Baptismo hæreticorum, quid senserit Innocent. 1? disp. 1. §. 4. n. 10.
- De baptismo nomine Christi facto, quod fuerit iudicium Nicolai. ibid. n. 11.
- Sacramentum Baptismi rite collatum à laico validū est. disp. 8. §. 2. n. 11. etiā citra necessitatem. ibid.
- Baptismi ordinarius minister est sacerdos. disp. 3. §. 4. n. 11.
- Baptizare an, & quatenus requirat iurisdictionem in conferente, vt licitè fiat. ibid. n. 16. & 14.
- Quid requiratur ad valorem baptismi, à quocunque conferatur? ibid. n. 14.
- Beneficium. 3.*
- Beneficij ecclesiastici diuisiones. q. 2. pr. §. 4. n. 1. & disp. 14. §. 1. n. 1.
- Beneficij nomine, quæ officia ecclesiastica veniant? q. 2. proœm. §. 4. n. 2.
- Beneficia curata, seu duplicia quæ? q. 2. proœm. §. 4. n. 3. & 4.
- Beneficia ecclesiastica quæ personæ habeant. ibid. n. 25. & seqq.
- Beneficia an habeant Religiosi? q. 2. proœm. §. 4. n. 26.
- Beneficia cōferre, reseruare, qui & quatenus legati possint? disp. 3. §. 2. n. 5.
- Beneficij ecclesiastici definitio. disp. 12. §. 6. n. 35.
- Beneficium ecclesiasticū ex quibus cōstet? ibid. n. 36.
- Beneficia secularia quæ? d. 14. §. 1. n. 2.
- Beneficium saeculare in dubio præsumentum est. disp. 14. §. 1. n. 3.
- Beneficium impetrans tanquā saeculare non astringitur ad probationem huius qualitatis. ibid. n. 4.



## Index Rerum:

- Beneficia an de secularibus, regularia fiant?** disp. 14. §. 1. n. 10.
- Beneficia omnia vacant ipso iure per promotionem ad episcopatum. Item per adeptionem Sum. Pontificatus.** disp. 14. §. 2. n. 10.
